M.S. pergamino en 4.º con 229 hojas

Commentaria juridica de usucapione. - 1608

Rotulata

Lectura

~~Relect~~ Salm.

COMENTARIA, AD TITV LVM. CODICE DE VSVCAPI one proemtore. Et ad titulū ff de Pactis. Et ad titulū Codice de inofficio testam-ento. Et aliquarum An-thinomiarum explicatio

Ex diuersis Praeceptorib.

Salmantice anno. 1608



SALMANTICÆ ANNO. 1608



Ad Titulum Codice de usucapione Proemtore

A Licentiato Araciel Soc anno 1608.

Ad Rubricam

Rubrice continuatione omissa de qua videndus Azo Odofredus et Curatius in parattila ad hunc ttm ipsius examinatio nos revocat in qua quia usucapionum et prescriptionum materiam in sex titulis a nobis Deo dante discutiendis concertatio habenda e et ad alios plures conducit multum perfunctoriæ non vere abimur nec ad rubrum tantum que dicenda sunt pertinebunt sed universe nostre disputationi et uniuscuiusque legis desisioni et exactiori declarationi expedient sabs. Prestabit igit hec disputatio sequentia huius nominis usucapio etimologiam, diffinitionem, introductionem, quid prescriptio sit, precipuam inter prescriptionem et usucapionem differentiam, nonulla etiam alia magis inspecta ad usucapionem ex causa emtionis premittemus, ut inde et huius tt et aliorum congrua decendat cognitio

In primis igit verbum usucapio Latinum esse N, 1°
et pasim aput Ciceronem frequentari solitum dicit Connanus lib. 3. coment. cap. 11. nº 1. ad finem e que quasi capio per

usum

vsum inde quequi vsucapit per vsum adquirere dicit l. de
niqz. 19. l. ait Pretor. 21. §. fin. ff ex quibus causis maiores
vsus autem possessionem significat vsucapere ergo nihil
aliud est quam possessione capere et inde possessio vsus apellatur
in l. questio. 115. versiculo possessio ff de verbor. signif. ita
nomen vsucapio et eius etimologiam interpretantur
Azo in presenti Duarenus in comentarijs ad titulum ff de
vsucapionibus Conanus lib. 3. coment. cap. 11. num. 1. Bal
bus in rubrica de vsucapionibus Vbesembeguius in pa
ratitla ad eundem titulum nº. 1. Cuiat. in paratitla ad sune titulum
Boloenetus in rubrica ff de vsucapionibus nº. 1 q et in
de vsucapio et possessio plerunque confundunt et vnum
verbum pro alio vsurpat dicta l. deniqz. vbi ut inter
uptam vsucapionem significaret. I C. interruptam
possessionem dixit

Vsucapionem autem Modestinus definit in l. 3.
ff de vsucapionibus ut sit adquisitio vel adiectio dominij per
continuationem possessionis temporis lege diffiniti in pa
dectis florentinis deficit verbum adquisitio et sue lec
tioni plures se subscribunt ne dum verba adquisitio
et adiectio idem importare videantur eorum alterum su
perfluum sit in eis autem non adiectionem sed adeptionem
Duarenus legendum existimat vlri §. Vlpiano infra eme
tis titulo 19 asentibus, que lectio confirmari videtur ex Divo
Isidoro Lib. 5 etimologiarum cap. 25. et eam tenet Cuiatius
in l. 3. ff de vsucapionibus et in notis ad Vlpianum d. cap.

19 Rosinus lib. 9 antiquitatis Romanarum cap. 4 neutra tamen quidquam incommodi vel absurdi continet ut tatam utroque sabet usucapionem esse adquisitionem vel adiectionem dominij a plurium calumnijs vindicant Alciatus in rub. de prescriptionibus extra Couar. in regula possesor 1.a p. §. unico Menesaca controuersiarum illustrium cap. 56 n.o 2. Fornerius lib. 2 selectarum cap. 17. Corrasius lib. 6. miscelanearum cap. 20. Reuardus ad ll. 12 tabul. cap. 17. Balduinus ad ll. Romuli cap. 9. Parladorius lib. 1. rerum quotidianarum cap. 1. Petrus gregorius 2. p. sintagmatum iuris ciuilis lib. 40. cap. 1. et sequenti. Et in primis ab ea qua claudicare Paulus de Castro in l. 3. de usucapionib. dicebat quod in ea potius usucapionis efectus quam ipsa usucapio describebat cum usucapionis efectus sit adquirere, per efectum autem nulla est congrua diffinitio cum a causa differat causatum l. licet 42 §. ea obligatio ff de procuratoribus. Quo ex cap.o apellationis diffinitionem a quibusdam traditam damnat Bartolus in l. 1. ff de apellationibus nam dum apellationem esse prioris sententiæ rescisionem dicunt non congrue diffiniunt, cum etiam si ex apellatione sequatur prioris sententiæ a qua prouocatum est reuocatio ipsa tamen apellatio non est illa reuocatio sententiæ non recte igitur pari ratione Paulus aserit usucapionem a Modestino diffinitam esse cum ab ea dominij procedat adquisitio

Sed si dicta obiectione maior est usucapionis diffinitio a Modestino tradita si cum Decio in rubrica de probationib. N. 41

coll

Aravel

collumna 4. Covar. et Alciat. ubi s dicamus tunc alicuius rei diffinitionem per effectus nõ recte concipi quando si effectus a re ipsa distant nec inseparabiliter ei inherent nec necessario ex ea secunt ut in exemplo apellationis tunc namque congrua nõ ẽ diffinitio per effectus qui rem ipsam essentiali quadam demonstratione quę necessaria ẽ ad perfectam congruam quę diffinitionem minime demonstrat inde quę quid non per accidentales proprietates imo essentiales diffiniri debet at quando effectus rei inseparabiliter semper et necessario adherent non accidentales sed substantiales eiusdem rei sencent et ideo per eos non incongrue sepissime res diffinit hoc adstruit ex obtinus in bonorum autem § vericu l. bonorum ff de bonorum possetionibus quo Consultus bonorum possetionem ius retinendi diffinivit et si ius retinendi sit effectus procedens a bonorum poss. ita tamen semper et necessario inhereret ut eius substantialis proprietas sit pari ratione Bart. cui frequentiori suffragio ceteri accedere in l. 1°. ff de adquirenda poss. possetionem ius insistendi rei non prohibite possideri diffinivit sic et Iustinianus actionem ius prosequendi in iuditio dixit unde nõ ẽ cur usucapio nis diffinitio improbet nam adquisitio dominij adeo usucapioni propria ẽ quod eius substantialis proprietas sit Pretergquam quod secundum aliorum interpretationem quos refert Covar. ubi s. a Modestino diffinit dictio effectum significans nempe usucapio quę ẽ per usum id est possetionẽ adquisitio et tunc quatenus ius ẽ nõ quatenus ex parte

facti

N. 9

factum respicit

Unde licet asentiamur gelio qui lib. 11. noxium ati cap. verbum usucapio coniuncto et disiuncto vocabulo dici posse quemadmodum pignoris capio aserit et tamen non est dir stemus dum tenet dici usus capio verbum quemadmodum pignoris captio, nam captio pignoris apellat cum pignus capit, capio tamen usus nulla est imo captio rei per usum neque usum capere dicimus sed rem capimus usu id est possetione temporis lege difiniti

Ulterius est in diffinitione adiectio dominij in cuius verbi interpretatione longe falsus est Ubesembequius in paratitla ad tit. de usucapionibus dum ait esse usucapionem adiectionem dominij quia dominium adijcit possesori a lege a domino tradente et ius suum transferente quia lex propter bonum publicum presumit dominum qui tanto tempore tacuit desidiasum quiet et negligentem circa rerum suarum administrationem se prebuit in alienationem consentire l. alienationis verbum 28. ff de verbor. signif. quam presumtionem lex ideo induxit ut sit iustior usucapionis causa quasi permisu domini transferat dominium cuius consensus ex diuturna patientia presumit namque certum est legem neque consensum neque permissum domini presumere neque usucapioni id in causa esse cum adversus absentem et ignorantem usucapio currat ex expresus in l. fin. C. de prescriptione longi temporis. 10

vel

vel. 20. annorum imo ea ignorantia semper presumit ubi scientia nō probat l. verius 21. ff de probat. et igno rans nō potest videri consentire l. si per errorem. 15. ff de iurisdictione omnium iudicum l. nihil consen sui ff de regulis iuris tenent Alex. in l. filius familias §. Divi n.º 28. ff de legatis 1.º Ferretus in l. 3. ff de usucap. n.º 6. Unde glosa in l. 1. §. si quis cum actionem verci culo nisi et in amitenda ff de dolo in prescriptione vo luntatem nō intervenire dixit

N.º 6, Neque obstat tx in d. l. alienationis nam ut acu te illum intelligit Pinelus in aut. s.ª nisi triennale C. de bonis maternis n.º 29 loquit in his qui scientes et negligētes rerum suarum usucapionem perfici patiunt hi etenim quod admodo in amitenda re sua consentire videt et in his idem dixit tx ubi notavit Angelus in aut. s.º de tempo re nō solute pecunie post principium collatione 1. ibi si tacere elegerit palam nō noluisse et faciunt alia iura adducta per Pinel. ubi et que tradit Aflictis decisione 13. et Tiraquel. de retractu conventionali §. 1. glosa 2. n.º 49 imo tenet Pinelus scientem et negligentem nō consen tire neque usucapionis efectum ex consensu ipsius indu ci sed a lege nisi his de causis inferius dicendis

N.º 7. Quare s. dicta et alijs. Sinus verbi directio inter pretationibus omissis existimantium precipue ideo aponi quasi dominio utili adijciat dominium directum me lius licet sub umbra interpretatus ē duarenus ubi s dum

dum ait non male adiectionem usucapionem dicinā dominium possessioni longi temporis accedit quod planius explicuerunt ex Theophilo Escardius in suo Lexicon iuris verbo dominium aput Romanus et Revardus ad l. 12. tabular. cap. 16. circa medium et cap. 17. qui li cet Theophilum referant in citato loco ante eos dixit Vo inst. de libertinus §. et dedititios. Sciendum igit. e. duplex fuisse aput Romanos dominium naturale et legitimū naturale illud erat quod in bonis e. inde que bonitarium dicebat legitimum autem quod iure quiritium competit id e. Romanor. apellat. que quiritarium qui igit utroq. iure dominus e. bonitario s. et quiritario plene et perfecte dominus e. hoc suposito illud vult verbum adiectio in diffi nitione positum quasi usucapio dominio bonitario s. posse sioni longi temporis quia quis dum posidet bonitarius e. dominus cum rem in bonis habeat adijcit per usucapionem dominium quiritarium id est civile quia eum qui rem usucapit lex civilis dominum facit insti. de causis inferi us referendis. Adiectio ergo cum sit usucapio dominij qui ritarij bonitario perfecto plenoque iure quem dominum facit

Ulterius diffinitio usucapionis continuam possessio nem requirit id est non interpelatam non controversam ut ait Cuiatius in paratitla ad tunc ttd. que possessio diffiniri solet ut s. diximus ex Bart. in l. 1. ff. de adqui. poss. ut sit ius insis tendi rei non prohibite posidendi et in usucapione debet esse ocu patio N, 8.

patio tempore lege difinito ex Couarruuia in regula possesor 2.a p.e §. 6. ex n.o 11. et includit etiam bona fides possesoris quæ in hac ratione nihil aliud est quam secura sincera et ilesa conscientia iustæ possessionis vt late explicat Couarru. vbi s. quem sequit Juanes garcia de expensis cap. 23. n.o 9. licet in varias acceptione vox hæc bona fides soleat vsurpari vt ex his qui de verbis iuris scripsere colligere licet. In s.dicta vlterius possessione quam ad vsucapionem nesesaria dicimus tt.us e nesesarius qui sic dicit quasi possidentem tueat e quæ causa aliqua ex se habilis ad dominij translationem iustificationemque possessionis explicat Consultus in l. 3. §. genera ff de adquirenda poss.e Couar. ubi s. et exemplo constituit Duarenus ad tt.m ff de vsucapionibus cap.o 2. in l. potest 36. et in l. si fur 32. §. 1. eiusdem tt.i veluti in specie huius tt.i qui pro emtore inscribit quasi agat de vsucapione ex causa vel tt.o emtionis qui iustum initium possetioni dedit

N, 9. Hæc tamen possetio continuari debet per tempus a lege difinitum quod olim in rebus mobilibus annum fuisse in inmobilibus in Italico solo bienium scimus post autem noua Justiniani constitutione in l. vnica C. de vsucap. transformanda et principio inst.a de vsucapionibus trienium in rebus mobilibus in inmobilibus vero decenium inter presentes et 20. inter absentes nec in Italico tantum solo sed in omni terra requirit sublata rerum mancipi et nec mancipi differentia quarũ naturam et verdam d. l. vnicæ interpretationem qui voluerit asequi legat Brisonium lib. 4. selectarũ

cap.e

cap. 70 Longobalium de servitutum usucapione cap. 16 Revardum ad ll. 12. tabular. cap. 16. et 17. et lib. singulari de lege Scribonia et de usucapionum differentijs Parladorum lib. 1. rerum quotidianarum cap. 1. § 10. N, 10.

Hæc autem possessionis continuatio quo modo procedat et quousque exigat videndum est an scilicet postremum diem attigisse sufficiat vel oporteat implesse saltim usque ad illud momentum quo cepta est usucapio et Ulpianus in l. in usucapionibus 6. ff de usucapionibus non a momento in momentum sed totum prestremum diem computari asserit Venuleius in l. in usucapione 15 ff de diversis et tempor. prescrip. in usucapione ita servari dicit ut etiam si minimo momento novissimi diei possesa sit res nihilominus repleat usucapio nec totus dies exigit ad explendum constitutum tempus unus est velut Venuleius cum Ulpiano liceet no desplisse dicat Mercerius lib. 2. opinionum cap. 4 qui inter hæc duo iura idem asserentia ingentem pararet discordiam et sufficere minimam partem ultimi diei asserit nec totum exigi nam si exigeret totus nisi impletus esset et perfectus eius ratio no haberet. Paulus tamen in l. in omnibus 6. ff de actio. et oblig. in omnibus temporalibus actionibus nisi totus novissimus dies impleat non finiri obligationem tradit

Cur autem tam varie in usucapionibus et temporalibus actionibus decisum sit tribuunt comuniter omnes usucapionis favori namque usucapio que pro bono publico introducta est favorabilis est ut nos supra dum de eius origine tractemus diceemus latius ita tenuit Ultra glosa in d. l. in usucapionibus N, 11

et

et antiquos ibi Duaren ad. tit. qui tta. facere possunt cap. 2. collumna 2. Parladorius rerum quotidianar lib. 1. cap. 1 §. 7. nº. 21. Balduinus in principio insti. de vsucapionibus et alij quod et in minori 20. annis propter legem Eliam Senciam manumittere prohibito procedere dicunt ut libertatis fauore sufficiat vltimum 20. anni atigisse diem vt in l. 1. ff de manumitionibus

Nº, 12. Quibus cum refragetur tx. in l. 3. §. minorem ff de minoribus dum in minore quem fauorabiliter iura respitiunt 25. anorum tempus a momento in momentum computari aserit respondet id etiam eius onere constitutum esse namque si vltimo die captus esse fauori eius cedit vt a momento in momentum computet neque ad hoc quod sit maior sufficiat vltimum atigisse diem vt possit ita aduersus contractum vltimo die celebratum restitui hac etiam ratione in l. ad rem publicam 8. ff de muneribus et onoribus quae nō oportere ante 25. anum minores ad onores admitti decidit annum inceptum haberi pro completo dicunt id quae in onoribus fauoris causa constitutum esse. l. quoties de onore tantum agitur nam si eis aliquid reipublicae comitatur quia tam ibi non fauor sed damnum contingeret reipublicae non procedet idem in l. qua etate ff qui tta. facere possunt

Nº, 13. Sed Conanio hec fauoris ratio nō arridet [illegible] neque putat quidquam esse cur non sit tantum etiam fauore prosequendus his qui nunquam quae sibi debitum actione et iuditio prosequitur imo existimat benignius agi in obligationibus quam in rebus nostris nam res nostrae vsucapiunt adeo vt

vel supputat partem aliquam ultimi diei vidisse ad actiones temporales non prescribuntur priusquam totus sui temporis extremus dies peractus sit imo eis tantum gratie conseßu est ut plus suo tempore quandoque durent ut puta si Calendis Januarijs ora diei prima emi a te mancipium morbosum dat mihi adversus te actio redibitoria que semestris est cui finem aferunt Calendæ Juliæ et si ad momentorum rationem ita inquiramus prima ora calendarum Juliarum tempus meæ actionis finit, sed non ita est sed totæ Calendæ cedunt adeo ut actio mea sex mensium et orarum 18. sit non est quo cur diversitatis ratio odio vel favori asignet cum potius minus favoris usucapio quam actionum prescriptio mereat tanto minus quanto qui re mea me expoliat iniquior est eo qui mihi quod debet denegat aut retinet

Quare idem Conanus ubi supra et Mercerius lib. 2 opinionum cap. 4 sic supra dicta iura et alia componi existimant tempora dupliciter computari naturaliter et civiliter, naturaliter computant de momento ad momentum d. l. 3. §. minorem ff de minoribus, civiliter vero per annos, menses, dies Romani quippe ita tempora numerabant et eorum more annus 365. diebus constabat l. cum heres §. stichus ff de statuliberis l. anniculus 134. ff de verborum signif. l. ita vulneratus §. stimatio ff ad l. Aquiliam ille quo qui ultimum anni diem viderat totum annum perfecisse dicebat namque dies non dividit per oras momenta vel minutias sed totus et solidus tanquam quid N, 14

unum

vnu et indiviolum considerat ideo que qui partem ha
bet eius totum habere putat et qui totum impleuit no
N.o 15. plus eo qui partem atingit obtinet. Et in hac computa
tione ciuili duplex habet computandi ratio prima vt
cepisse sat sit nam in aliis annis in aliis dies si ceptus
sit habet pro completo ita in oneribus in d. l. ad rem pu
blicam ff de muneribus et oneribus. In fideicomisso vel
hereditate in l. qui filium §. Sabinus ff ad Trebelianu
in libertatibus dandis in l. 1. ff de manumissionibus in
testamento fabiendo in l. qua etate ff qui testamento facere idem in
vsucapionibus in d. l. in vsucapionibus. 2.o in ciuili nu
meratione no atigisse diem sufficit sed excessisse multis ca
sibus oportet l. maiores 3. ff de iure inmunitatis l. si e egre
§. 26. ff de tutoribus et curatoribus et in temporalibus =
actionibus quarum in numero e actio de dolo que bie
nio durat l. fin. C. de dolo actio peculatus que quinque
nio l. peculatus crimen. 1. ff ad l. Juliam peculatus. Iniu
riarum que anno vno finit et in ceteris vt in d. l. in om
nibus ff de actionibus et obligat. hoc que no quod in eis de
momento ad momentum computatio fiat vt perperam qui
dam existimarunt sed ciuiliter

N.o 16. Ratio autem quare in hac ciuili computatione
in vno vltimum sufficit atigisse diem et in alio totum
habi oporteat a Mercerio fauori tribuit et e glosa celebris
in l. denique §. minorem verbo momentum ff de minori
bus nam in his casibus in quibus ciuilis computatio diem
atigisse

atigisse, sufficere dicit favor vertat ut in specie tx in d. l. ad rem publicam l. 1. ff de manumissionibus l. qua aetate ff qui testamenta facere d. l. in usucapionibus prout Balduinus Duarenus et ceteri ubi s. agnoscunt in aliis etiam casibus ubi totum labi oportere leges dicunt favor etiam vertat aliquando actoris aliquando rei ne obstare vide at tx in l. Arrianus ff de actionib. et oblig. qui suadet propensiores esse oportere ubi de aliquo obligando agit ad liberandum reo igit contingit favor ut in specie tx in l. quo hoc anno 42. et in l. eum qui certarum. 138. ff de verbor. obligatio.

Ractori vero in actione redhibitoria et aliis quae certo temporis cursu terminant ut annus vel dies cedere debeat totus non ut in usucapione ceptus habeat pro completo et ratio e ex Conano ubi s. quia no minus favoris hae temporales prescriptiones quam usucapio merent imo magis tanto quanto qui mihi quod debet denegat aut retinet minus iniquitatis comittit eo qui re mea me expoliat pro quo illa generalis regula constituenda e quod ad hoc ut intelligamus quando dies inceptus habeat pro completo vel totum cedere oporteat verba testatoris vel constitutionis maxime observanda sint item et favor illius cuius gratia tempus adiicit ex celebri tx. in l. si ita 41. ff de manumissis tt.o de quo late Alciatus in l. anniculus ff de verborum sign.e et exemplo optime Conanus declarat. lex usucapienti tempus prefinit et ultimus dies ceptus habet pro completo hoc quaeritur civilis computationis gratia quia dies no dividit et favoris causa N, 17.

causa, ceptus habet pro completo si ex diuerso tamē lex ita fuisset locuta domino rei suæ ab alio possessæ mobilis anno immobilis biennio vindicandæ potestas esto supremo anni die ora. 6. posset rem vindicare licet ea ora prescribi= es possit quia maior fauor occiderat et eius gratia tempus adiectum sineret igit hoc operat ciuilis computatio ut leges quæ tempus aliquot requirunt vel ceptum habeat pro comple to vel totum cedere oporteat licet si de momento ad mo mentum numeraremus plus debito excederet hoc quæ q.ª ciuilis numeratio ad dies menses et anos fit nec diuidunt et vtroque casu fauor vercat

N.º, 18 Ex quo aparet interpretatio ad tx in d. l. deniq. §. minorem ff de minoribus vbi Consultus ait minorem 25. annis eum dici qui cum in diem sui natalis incidisset nondum incidit in oram qua natus ē vt a momento in momentum tempus expectet loquit sane non in computa tione ciuili quæ per annos, menses, et dies fit sed in natura li, in qua de momento ad momentum inspicit nec ce[illegible] sat est quia maior fauor vercat vt longiori tempore resti tutioni pateat aditus nec longius protrahi potuit tempus quia si momentum quo minor natus erat excederet iam 25. annos excederet cum computatione naturali tempus de momento in momentum spectet ita interpretant legem s. dictam Co ranus et Merceriusubi s

N.º, 19. Vsucapionem lege decemuirali id est 12. tabul arum introductam fuisse aserunt Valduinus ad ll. 12. tabu

larū

sarum cap.° 9. Conan. ub. 3. n.° 1. Cuiatius in l. 1. ff de usucap.
Otomanus de antiquo iure Romanorum pagina 189
Carolus Sigonius de antiquo iure Romanorum cap.° 11. verci
culo usucapio et ita quod Iustini. in principio inst.° de usu
capionibus iure civili introductam asserit interpretant
glosa 1. et Theophilus ibi cuius l. verba ita refert Balduin.
autoritas fundi biennium sto ceterarum rerum usus an
nuus, cuius introducende ratio bonum publicu respexit
ne dominia rerum diu essent in incerto cum sufficeret do
minis ad inquirendas res suas statuti temporis spatium l.
1. ff de usucap. et ut aliquis esset litium finis ut in l. fin. ff pro
suo namque lex usucapionis rerum suarum diligentio
res dominos facit quod se videant unius vel alterius ani
negligentia proprietatem earum amisuros inde que do
minia in incerto erant incuria etenim dominorum
dominij pendebat incertitudine et ideo comertia inter
turbabant et inculte iacebant posetiones nullus agrum ce
rto colere volebat cum tristis illa vox semper immineret
veteres migrate coloni sic que decem viri usucapionis legẽ
tulerunt et eius ius aprobarunt quod et socordem dominũ
mulctabat et diligentem posesorem tuet. quia ex dominiorum
incertitudine eveniebat ut nullus in republica litium
et turbarum finis esset si nulla usucapionis esset autoritas vel
si rem per multorum manus vel hereditate vel emtione
vel donatione pervagatam semper vindicare liceret et
posesori adimere hac igit bonum publicu parit usucapio et
ideo

ideo illam finem sollicitudinis et litium apelat Cicero in oratione pro Secina

N, 20. Neque obstat usucapionem iuri naturali adversari cum quem cum alterius iactura locupletiorem faciat contra l. nam hoc natura ff de condictione indebiti l. iure naturae ff de regulis iuris ideoque a iure civili introduci non potuerit §. sed naturalia inst. de iure naturali ideoque omissa solutione existimantium no locupletari usucapientem cum alterius iactura licet rei no suae dominium adquirat quia ex longa domini taciturnitate voluntas inducit quam usucapio iustificat et consentiens dominus iacturam pati non videt quam solutionem improbavimus s. n°. 5. dum veriuis esse diximus scientiam domini usucapioni in causa no esse neque ad usucapionem iustificandam opus esse et lex ex taciturnitate presumtum inducat cosensum. Verius dicendum e usucapionem no solum iuri naturali adversam esse imo eo niti tenet glosa in regula possessor doctores omnes in rubrica de prescriptionibus praecipue Alciatus glosa et doctores in cap. ius generale prima distinctione nam que ius gentium quod alias naturale solet apellari §. singulorum inst. de rerum divisione quod ab ipsa ratione naturali decendit et proficicit §. ius autem gentium inst. de iure naturali dominiorum certitudinem exigit et suadet l. ex hoc iure. 5. ff de iustitia et iure igit licet iuri naturali consonum sit neminem cum alterius locupletari, etiam naturalis ratio exigit ut dominia

certa

certa sint et illud constitutum ē quod quando duę ratio
nes naturales concurrunt inferior flectat et superiori cedat
tx elegans in l. Stichum 95. §. naturalis ff de solutionibus
fortiori autem naturali ratione nititur usucapio quę
dominij certitudinem induxit et in ea naturale ius forti
us viget et patet ex dictis n.° precedenti et traditis per Val
duinum in protorijs ad tit. inst.ta de usucapionibus et ad ll.
12. tabularum cap.° 9. ubi latet acute de usucapionis ratio
ne et ęquitate disserit. igit. nō ē cur dicamus rationi natura
li adversari sed potius regulam quę habet cum alterius iactura
quem locupletari contra naturam esse flecti quia debilior
ē ea qua usucapio nititur

Ita videmus in servitute quam licet contra natu
ram esse quidam existimaverint moti dispositione tx in §. ser
vitus inst.ta de iure personarum cum iure naturali omnes
homines liberi nascerent nihil ominus tamē iure naturali
nititur et fortior ē ratio introducens servitutem quā illa iu
ris naturalis libertas namque cum iure naturali bella
captivitates et servitutes essent introductę melius visum
est et rationi naturali conformis homines servari quam
necari et facit adducta per Pichardum in prin.° inst.ta de
lege falcidia in n.° 42. et 43. pari ratione in usucapione di
cendum ē cum in hoc quod ē quem nō locupletari cum al
terius iactura privata versetur utilitas in usucapione autē
dominiorum certitudine et litium fine publica, ideo
quę anteponenda ē l. fin. §. fin. C. de caducis tollendis auth.°
res

resque C. comunia de legatis et quod ẽ publicum bonũ non videt esse privatum detrimentum maxime si bona fides in initio possessionis interveniat l. si quis fundum ff de adquirenda poss.º tradit Cuiat in paratit. l.a ad Sune ttũ. Unde usucapionis originem iustificant Covar. in reg. posesor. 1.ª parte §. unico Vasconius lib. 1. declarat. cap.º 28. n.º 4 Balbus de prescriptionibus prima p.e principali q.º 4. et 5. Pinelus pluribus adductis in auth.ª nisi tricenale n.º 39. C. de bonis maternis

N.º 23. Minus obstat tx in auth.º ut ecclesia Romana §. habeat collatione 2 ubi impium remedium usucapio apellat nam omissa temeraria et inepta Duareni solutione ubi s. et alia glossa ibi Imolae et Felini in cap.º fin de prescriptionibus quas obtime cõvincit Alciatus in rubrica eiusdẽ tt. dicendum ẽ cum eo tx illum intelligendum esse in casu quo loquit. s. ut sit usucapio impium remedium adversus ecclesiam nam licet quis sit in bona fide constitutus prelatorum tamen negligentia ecclesie noscere equum nõ ẽ l. Jubemus C. de sacrosanctis ecclesijs et sic eo casu equitas que regulariter ex usucapione proficiscit cessat ideo que talis exceptio impia tenetur. Et quod hec sit vera illius dicti ratio et non quod ipsa usucapio et eius effectus iniqui sint patet ex eo namque nõ in totum prescriptio tollit sed quia partim impietatem sapit ut prelati socordia ecclesie intra brevis temporis metas nosceat protractum fuit tempus et intra centesimi

simi anni curriculu rem ecclesie prescribi no posse co stitutu e. Sic ea cuius ex interpretatione cosule etiam Pinelum in d. auth.a nisi trisenale n.o 40

Ex quo notabiliter infert falso per ex illum aseruisse Baldum et Angelum in l. 1. C. de prescriptione. 30. vel 40 annorum Imolam in l. sequit. §. si uiam ff de usucapionibus et alios adductos per Alciatum ubi s. usucapionem odiosam esse ideo que arbiter secundum equitatem iudicaturus exceptionem usucapionis admitere no teneret. Via licet Alciatus ibi eorum dictum in casu illius auth.o locum habere aserat cui no aquiesco cum neque eo casu odiosa sit usucapio cum no tollat omnino sed eius tempus protrahat facile eorum error couincit ex his que late tradit Duarenus in coment. ad Sune bt.do in principio Couarruuias in regula possesor 3. p.e §. 2. n.o 4. Pinelus in auth.a nisi tricenale C. de bonis maternis n.o 41. Idem dicendum erit in causa dotis in qua secundum equitatem iudicat l. iure succursu sexta ff de iure dotium ut in ea admitat usucapionis exceptio l. in rebus 30. uerciculo omnis C. de iure dotium. Ex his etiam infert ad ea que tradit Sarmiento lib. 2. selectarum cap.o 10. Sauallos practicaru quest. q.a 61. Couar. in reg. possesor 3. p.e §. 2. n.o 4 infert etiam et ratio ad ea que contra plures tradit Pinelus in rubr. C. de resindenda 1. p.e cap.e 2. n.o 4 N.o, 24

Tandem infert ex s. dictis et ex his que de introductione, ratione, et equitate usucapionis diximus quam N.o, 25.

male

male glosa in l. 3. ff de usucap. et in principio inst. eadem glosa in summa 16. q. 3. Bartolus in l. servitutes 4. ff de servitutibus Abbas et alii in rubrica de prescriptionibus existimaverint usucapionem tantum ad res mobiles pertinere prescriptionem vero ad res inmobiles eamque esse precipuam inter utranque differentiam quorum opinio preterquam quod convincit manifeste ex prin. inst. de usucapionibus ex l. cum qui 3 des 23 l. naturaliter. 5. l. quamvis. 18. l. numquam. 26. ff de usucapionibus l. 1. ff de Publiciana in rem cum aliis in quibus non solum res mobiles sed inmobiles usucapio complectit facile convincit ex his que tradit Parladorius d. lib. 1. cap. 1. in principio Duar. et Conanus ubi s. Balduinus ad ll. 12. tabul. cap. 9. Revardus in Triboniano qui omnes indistincte tenent usucapionem et mobiles et inmobiles res complecti

N.° 26. Neque obstat ex difficilis qui pro Acursio et ceteris s. dictam asserentibus differentiam urgenter potest expendi in l. 2. C. in quibus causa cessat longi. ubi in servis habet locum usucapio et dicit superflua prescriptio quando servi ut res se moventes adquirunt. At vero cum servi adquirunt simul cum predio non procedit quia eo casu res inmobiles reputant l. sicut. 13. ibi quia tantummodo soli rebus anexe sunt C. de servit. et aqua quia in his servis predio coherentibus requirit prescriptio l. 3. ff de diversis et temporalibus prescriptionibus. Quam legem assi

prien

priendam esse de servis rusticis cohærentibus prædijs qui rerum inmobilium membra solent apellari ut tradit Accursius ibi et Cuiat. in rubrica ff. C de prescriptione longi temporis et probat ex eo quia d. l. 3. desumta est ex Modestino lib. 6. differentiarum quo loco eam iuris expliciabat questionem idem esse in parte rei quod in tota ut in l. 3. ff pro derelicto quæ ex eodem lib. 6. desumta est ut aparet ex utriusque l. inscriptione neque obstabit etiam si difficultatem sane augeamus ex l. rescripto 9. ff de diversis et temporalib. prescr. ubi peculiari rescripto inductum fuisse consultus docet ut ad res mobiles prescriptio pertineret quasi de iure communi res tantum inmobiles complecteret

Pro quorum iurium interpretatione et vera usucapionis et prescriptionis differentia constituo usucapionem olim ad rem tantum Italicas pertinuisse non ad provinciales principio inst.to de usucapionibus l. unica C. de usucapione transformanda tradit Othom. lib. 4. observat. cap. 2 non admissa Revardi sententia lib. singulari in Triboni- N.o 27.
anum usucapionem ad res etiam in* mobiles olim pertinuisse asserit namque et Iustiniano contraria est et confundit ex l. cum sponsus 12. §. in vectigalibus ff de Publiciana suposito pro eius inductione vectigalia prædia provintialia esse quæ habitatoribus collenda tradebant et certum vectigal populo Romano solvebant et ab huiusmodi stipendia, stipendiaria et etiam provintialia solent apellari l. in provintiali 3. ff de novi operis nuntiatione quod et ipse Revardus

*provintiales

possus

fossus è lib. 1. variorum cap.º 15. et ad ll. 12 tabularum cap.º 16. explicat Cuiac. j. in rubrica de usucapione transformanda et colligit ex Ulpiano in fragmentis tt.º 20

N, 28. Ea autem ratione usucapio in rebus Italicis tantum locum habebat quia anno 3 3 ab urbe condita quo leges decemvirales fuerunt editæ et per illam de qua s. diximus n.º 19. ius usucapionis aprobatum angustissimis Romanum Imperium terminabat finibus Romani quæ suis ita limitibus continebant ut nisi soluendi voti vel legationis vel exilij causa Italiæ fines ratius egrederent. Inde quæ suis possetionibus erant perpetui neque bello adeo deterrebant quin statim fugatis ostibus ferro posito rastrum manu sumerent ad intermissos agrorum cultus. Inde quæ usucapiendæ rei constituerunt tempus decemviri nec pro temporis qualitate longius nec pro dominorum negligentia rigurosius quam quod æquitas postulabat et quia ciuitate cōtinui et agris perpetui ciues detinebant anni spatium in rebus mobilibus in immobilibus vero bienij sufficere existimarunt. Sed cum postea propagatis longe imperij finibus et innumeris prouintijs subiugatis cepissent iam Italiæ fines egrederent eueniebat ut qui Romæ agerent in prouintijs prædia possiderent et qui in prouintijs erant possetionibus in Italico solo abundarent et sua rebus suis longe agebant et absentes dominos et imprudentes suis priuari possetionibus durum cepit existimari et in prædijs Prouintialibus ~~et in præ~~ quibus usucapio locum nō habebat cepit ius deficere quo rerum domina certa et litium ali-

quis

* ratius
* cultus

aliquis esset fixus arguto tx in l. fin ff pro suo. Ulterius visum e in servitutibus et alijs iuribus incorporalibus usucapione no procedere l. servus §. incorporales l. adquirit §. fin ff de adquir. rerum l. iusto §. no mutat ff de usucapionibus vel quia earum rerum possetio no esset vel quia verbis legis 12. tabulaz quibus usucapio vidue bat no comprehendebant res incorporales et in alijs etia rebus usucapionem deficere visum e quaz dominia in incerto esse reipublicae conveniens no videbat

Quare edicto Praetoris perpetuo quod in hac materia prescriptionum fuisse propositum constat ex inscriptione tx in l. 4 ff de usucapionibus l. 2. ff pro ho l. 4 ff pro legato l. 2. ff pro derelicto l. 2. ff pro suo et alijs relatis a Ricuardo in Tribonianu no. 5. et peculiaribus Imperatorum rescriptis fuit introducta longi temporis prescriptio hoc est exceptio et defensio ex longi temporis possetione proveniens na verbum prescriptio generaliter sumtum nihil aliud e quam exceptio l. qui agnitis. 11. ff de exceptionibus l. 3. ff de prevaricatoribus l. si maritus 15. §. prescriptiones ff ad l. Juliam de adulterijs l. prescriptione 8. l. fin. C de exceptionibus l. si quis in conscribendo C. de pactis si autem addijciamus hoc verbum temporalis erit exceptio ex tepore competens et ideo prescriptio pro exceptione et e contra promiscue sumit l. an vitium 5. l. creditor. 12. ff de diversis et temp. prescr. l. sancimus 8. C. quibus non obijcit longi temporis prescriptio l. si quis emtionis l. fin C. de prescrip N, 29

criptione 30 vel 40. et ita definit d. Parladorou ut sit ex
ceptio que dat propter lapsum temporis a lege definiti et
colligit ex l. 2. C. in quibus causis longi temporis pres
criptio cessat l. cum heres. 11 ff de diversis et temporalib;
prescriptionibus l. nec mutuu C. quibus nō obijcit l. 1 et 2.
C. si adversus creditorem

N, 30. Ex hac igit prescriptione exceptio cōcedebat ad de
fendendam possetionem et fuit inducta in odiu res suas
negligentium l. fin C. de annali exceptione l. fin C de
edicto D. Adriani tollendo inde que eosdem effectus qui ex
usucapione in rebus Italicis antea resultabant pariebat
prescriptio namque cum per prescriptionem quis in rei po
ssetione se tueret erant etiam dominia certa cum ratione
prescriptionis utile dominium quis adquireret quod si
cuti d. dictam differentiā tradit eleganter Conanus lib 3
comentariorum cap.º 11. n.º 2 et ex inde alia subinfert
differentia quod per usucapionem directu adquirit
dominium per prescriptionem autem ius retinede rei
et fruendi ut ait Ottomanus lib. 4 observat. cap.º 2 ubi
de dominium sive quasi dominium nec solum exceptio contra vin
dicantem ex prescriptione dabat sed etiam utilis actio l. si quis 10.
ff si servitus vindicet l. si quis emtoris C. de prescript. 30. vel 40.
ex quibus infert obtime Parladorum d. lib. 1. cap.º 1. n.º 6 notasse
Alciatum in l. quinque pedum C. finium regundoru Covaru
viam in regula possessor. 2. p.º §. 1. Navarrum in manuali cap.º
17. n.º 85. aserentes prescriptionem exceptionem esse ex usucapio
ne,

ne provenientem. Ex qua differentiae rationem colliges ad alios plures adductas per Parladorum d. lib. 1. cap. 1. per totum

Quibus sic constitutis non obstat tx. in d. l. in servorum loquitur enim in servis se moventibus ut patet ex verbis ibi in servorum proprietatis negotio qui mancipi dicebantur ex Ulpiano in fragmentis tit. 19. et Cuiatio in notis ad eundem Revardo ad ll. 12. tabularum cap. 16. Brisonio lib. 4 selectarum cap. 10 in quibus cum usucapio locum haberet secundum eosdem et per usucapionem directum adquirat dominium iustia deveniri ad prescriptionem dicit per quam ius retinendae rei et utilis actio adquirit. Neque obstat tx in d. l. 3. ff de diversis et temporal. quia loquitur in servis praedio coherentibus ut ex ipsa patet et ideo non in Italico solo sed in provintiali procedit in quo usucapio in rebus inmobilibus non habebat locum d. l. cum sponsus §. in vectigalibus ff de publiciana sed prescriptio ratione d. dicta inducta fuit dubitandi autem ratio illius tx ea fuit quod cum servi res mancipi dicerent videbat in eis usucapionem procedere cuius contrarium respondet quia huius modi servi praedijs inherent et eorum partes existimant et ideo idem ius in eis quod in praedijs observandum est d. l. 3. ff pro derelicto, relinquitur ergo in d. l. 3. prescriptionem requiri non quod res inmobilis esset sed inmobilis Provintialis usucapionis incapax N, 31.

Minus obstat tx in d. l. rescriptis quia eius litera ibi in rebus mobilibus corrupta est et in pandectis florentinis et alijs pluribus codicibus legitur in rebus inmobilibus secundum N, 32.

quam

quam sine dificultate procedit ut sic intelligat in rebus pro vintialibus alias etiam solet legi ut in rebus soli mobilib; et tunc uerba illa interpretari debent id est coherentibus solo ut in spetie tx in d. l. 3. illius tt. quam lecturam retinendam admonet Cuiatius in postsuma lectione rubricę ff. de longi temporis prescriptione columna 4

N, 33. De iure uero canonico prescriptio secundum aliam significationem accipit ut nō tantum exceptionē significet sed eo plane sensu ut ad actiones reales et personales atque ad omnia quę tempore adquirunt referat ut patet ex titulo de prescriptionibus in decretalibus et 6. et ex Couarruuia in regula possesor. 1. p.ª §. unico n.º 3. in fine

in Rubrica ibi pro emtore A licenciato Araciel hoc anno 1602

N, 34. Hic titulus ē cuius ocasione quis possidet id est ut s. diximus n.º 8. causa habilis ad dominij translationem et iustificationem possetionis vel uti si quis a nō domino rem emerit et acceperit traditione nō statim in emtorem dominium transfert sed bona fides prestat accipienti usucapiendi ocasionem l. qui alienam ff de mortis causa donationibus l. clauibus ff de contrahenda emtione tradit Cuiat. in paratitla ad hunc tt.ᵐ aduerte tamē in hoc tt.º emtionis duo esse spetialia, primum quod licet regulariter ad usucapionem bona fides in initio sufiriat et hoc quia quemadmodum nemo potest per se animi sola cogitatione mutare

tare causam possessionis ex obtimus in l. qui bona fide. 19. § quod. scriptum l. si decem 40. ff de adquir. poss.^e ita mala fi des ex transverso superveniens non impedit quominus usu capio sui cursum quem a bonis initiis sumpsit perficiat nam is qui a non domino emit ignorans si ex post facto dominum non fuisse cognoverit tamen causam possessionis non mutat et ideo ex prima illa causa quae iusta et legitima est cepta semel possessio uno et continuo quasi impetu totius sui temporis curri culum perficit tradit Duarenus ubi s. et Donelus lib. 5. com entariorum iuris civilis cap.^o 17. columna 2. an.^o 40. tamen in omnibus titulis sufficit bona fides tempore traditionis l. 2. in principio et §. sub conditione et §. cum Stichum ff pro emtore

In titulo tamen emtionis bona fides non solum tempore traditionis sed etiam contractus celebrati requirit et hoc ea ratione omissa glossa in d. l. 2. quia improbum est et furto proxi mum rem emere aut vendere quam scimus alienam quam rationem tradit consultus in l. si is qui pro emtore. 15. § fin ff de usucapionibus iuncta l. si emtione 34. §. item si emtor ff de contrah. emtione l. 1. ibi satis illicitam C de communium rerum alienatione stipulari enim vel promittere rem quam scimus vel promissoris non esse vel nostram non esse consessum est d. l. si is qui pro emtore §. fin. nam in stipulatione id agimus ut rem promissor redimat a domino et mox transferat in emtio ne autem id non agimus ut rem a domino redimat venditor sed eam ab eo quasi suam emimus et eo animo ut a se mox tra ditione

traditione facta dominium transeat in emptorem quam ratio nem presenerit Paulus Castrensis in d. l. si sciens pro emptore §. fin et explicat Cuiac. in lectura ordinaria in d. l. 2. ff pro emptore et melius in recitationibus posthumis ad Paulum lib. 54. ad edictum folio mihi 58. Conanus ubi supra n.° 2 et Donelus d. lib. 5. cap.° 17. collumna 3. n.° 10.

N, 36 Secundum singulare ē in titulo emptionis necessa rio requiri vere emptionem interuenisse cum tamen in ce teris titulis sufficiat iusta causa veluti si deceptus existimem Titulum precessisse l. 2. in principio et in §. sub conditione et in §. cum Stichum ff hoc tit.° ex eo quia cum in titulo emptionis ratione s. dicta bona fides requirat tempore contractus necesse etiam requirit ipse contractus quia eo nō dato bone fidei qualitatem considerare non possumus explicat latius Cu iatius ubi s.

N, 37. Neque obstat tx in l. quod vulgo. 11. ff pro emptore ubi etsi non precesserit contractus emptionis ex causa tamē induxit Titulus. Nam respondeo cum Cuiatio ubi s. et in l. iusto §. filius familias ff de usucapionibus ibi s. dictum spetiale nō negari sed limitari in casu ibi proposito in quo magna causa ade rat existimandi emptionem precessisse cum interuenisset mandatum absentia mandantis et possessio mandatarij et fu erit erratum in facto alieno nō q.° tx ille probat quamlibet causam sufficere imo verba ipsius ibi si nullam iustam cau sam ita sunt interpretanda ut nō quālibet iusta causa

sed

sed similis ei quam in exemplo subiecto proposuit Consulti; N.º 38.

Nunc autem de iure Canonico cui standum est non sufficit initio bona fides sed necessarium est ut in nulla temporis parte quis rei habeat conscientiam alienæ cap. vigilanti cap. fin. et ibi omnes extra de prescriptionibus l. 16. tit. 29. p.ª 3.ª De transactione autem diximus in l. ultima huius tit. et sic finit Rubrica a Licentiato Araciel Soc= anno Domini 1608

Ad Tex. in l. prima l. sciens. C. Codice Soc Titulo de usucapione pro emtore A Licentiato Araciel Soc anno 1608

Est usucapione quæ pro bono publico introducta est rerum dominia adquirant tamen in illis tantum rebus locum habet quas per ll. licet usucapere licet autem non solum si nominatim ll. permittant sed si non prohibeant l. nec non 28. §. quod eius ff. ex quibus causis maiores prohibet autem plurimarum rerum usucapio quarundam natura sua quia ea quæ usucapio desiderat non habent et licet eas usucapi vellimus tamen secundum ll. non possunt aliarum vero lege lata quæ licet sua natura usucapionem admitant certis tamen de causis usucapio legibus interdicta est. Prio= loco habent quæ hominum comertijs exemtæ sunt et quæ privatorum dominio haberi non possunt quales sunt sacræ, religiosæ, sanctæ publicæ, et liber homo l. sed Celsus in prin

prin.° ff de contrah. emtione sed nedum usucapione sed nec longi temporis prescriptione adquirunt repugnante earum natura usucapioni l. usucapionem 8. ff de usucapionibus §. sed aliquando inst.te eodem l. fin. C. de longi temp. prescript.e que pro libertate l. fin. C. ubi causa status agi debeat l. fin. §. 1. ff de libero homine exiben. l. 6. l. 23. 24. et 26. tt.° 29. p.te 3. namque usucapio adquisitio dominii e l. 3. ff de usucapionibus et prescriptio eo expectat ut res in bonis habeat l. rem in bonis ff de adquirenda rerum dominio vel exceptione vel actione utili ut s. n.° 30. Ergo cum huiusmodi res in dominio aut in bonis esse no possint §. nullius cum sequentibus inst.a de rerum divisione neque eas usucapi neque prescriptione teneri posse patet ~~ita et locus publicus~~ ita et locus religiosus usucapi no potest d. §. sed aliquando bene tamen ius inferendi mortuum ne obstet l. monumentorum 6. versiculo prescriptio C. de religiosis et sumt. funeris

N.° 2 Hinc deductum e quod a Papiniano de locis publicis longa poss.e no obtinendis scriptum e in l. fin. ff de usucapionibus neque obstat lex in l. si quisquam 7. ff de diversis et temporalibus quam no intelligas de iure piscandi supra dictam vero de loco prout comuniter na licet expendi solicant verba Papiniani ibi ad obtinenda loca comunia tamen s. dictus intellectus cum ius piscandi no minus quam locus comune sit ex §. flumina inst.a de rerum divis.

Cum

Quare nouissime cu Donelo lib. 5. coment. cap. 2. collum
na. 2. dic lex. in d. l. si quisquam loqui etiam de loco di
verticulo occupato ad piscandum qui interim dum occupat
piscationis causa adquiri potest ab occupatione autem omissu
ad alium pertinere posse in dubium nō ē namque in loco
piscandi causa diverticulo occupato idem iuris procedit
quod et in loco publico edifitio occupato constituit in l.
in tantum ff de rerum divis. que ex ipso Marciano eodē
lib. 3. institut. desumta ē sicuti d. l. si quisquam. §. quā
diu edifitium durat vel occupatio ratione edifitij. Neque
obstat quod Martianus indefinite eum qui diverticulum
fluminis piscando tenuerit alium prohibere posse dicat
nō facta relatione quamdiu ab eo occupatum fuerit nā
que et indefinite verum ē cum posset prohibere aliquando
licet non semper hoc autem aliquando ipse docet in d. l. in
tantum. §. quamdiu loco piscationis causa occupato in eadē
occupatione manebit ea tamen sublata alterum prohi
bere nō poterit. Neque ulterius obstat quod si de occupatore
vel possessore diverticuli intelligebat Martianus opus nō
erat ut ad hanc probationem exigeret ut pluribus annis
piscatus esset eum ex quo locum occupavit quamdiu durat
occupatio dominus sit. Nam respondeo quod licet plures
anni necesarij nō sint ad adquisitionem loci cum suffi
ciat illum occupare prossunt tamen ad probandum
animū quo locus occupat neque enim solo diverticulo
occu

occupato constat animo piscandi occupare neque ex sola diuorticuli occupatione piscantem prohibere posset nisi occupasset illud piscandi causa animum autem piscandi et occupationis eius causa constantia piscandi declarauit idem si pluribus annis fuerint piscatus § duobus l. ubi numerus ff de testibus

N, 3. Item et alię res perpetuo impedimento laborant quominus possint usucapi quę licet teneant non possident imo eas tenentes versant in eis sicut in alienis quia non sibi sed alijs possident ut sunt coloni inquilini emphiteuta superficiarij conductores et qui precario possident hi usucapione res non solum non adquirunt imo aduersus dominum ulla longi temporis prescriptione tuent l. 2 l. cum notissimi C. de prescript. 30. vel 40. annorum.

N. 4. Item usucapi sua natura non possunt res quę etsi in bonis haberi possunt possideri tamen nequeunt cum sine poss.e usucapio non procedat l. 3. l. sine poss.e ff de usucapionibus veluti prędiorum seruitutes l. seruus § incorporales ff de adquirendo rerum dominio l. 1. tit. 30. p. 3 l. usucapionem. q. ff de usucapionibus. Sicca quam aduerte reijciendum iste uerbum illud maxime ut admonet Accurs. et Cuiat. et alij ibidem. Hotom. obseruationum lib. 3. cap. 25 vel potius dic uerbum maxime non significare ut etiam res incorporales comprehendat sed maxime corporales idest ut in plurimum vel pro maiori parte cum aliquę res corporales exci

piant

sant qui connumerant ibi et in §. sed aliquando inst.^a de usucapionibus ita interpretat. Brissonius de verborum sign.^e verbo maxime et passim in iure civili verbum maxime idem valet quod ita demum l. 3. ff de concubinis l. 2. C. an servus ex suo facto. Et alia ratione quia rusticas servitutes tantum complectit res incorporales non usucap. sunt quia certam et continuam possessionem quam usucapio desiderat l. 3. l. naturaliter. 5. l. possessio. 20 ff de usucapionibus non habent l. cum ususfructus. 3. ff de usufructu legato l. servitutes 14. ff de servitutibus et adde tertiam adductam per Ant. Fabrum lib. 19. coniecturarum cap. 9. in fine quod usucapio in rebus tantum mobilibus et fundis principio locum habuit principio inst.^a de usucapionibus ideo ad servitutes extendi non potuit quia cum incorporales sint et in iure consistant neque fundorum nomine neque rerum mobilium apellatione continent arguto tx. in d. l. servitutes 14. Et licet aliquibus causis ut puta quia in servitutibus quasi possessio poterat considerari earum usucapio induci cepisset biennio ut in alijs rebus immobilibus ut patet ex l. 4. §. fin ff de usucap. lex tamen Scribonia illam usucapionem omnino substulit tradit Revardus quem omnino vide lib. singul. de lege Scribonia et patet ex d. l. 4 §. fin. ubi male Aloander Voconiam pro Scribonia suposuit quem licet sequat. Donelus d. lib. 5. cap.^o 22. in fine Ant. Faber d. cap.^o 9. illum tamen reprehendit Ant. Augusti

nus

nuys et rejiciunt Otsom. et Berruius cap. de l. Scribonia

N. 5. Legibus autem quarundam rerum usucapio interdicit dupliciter. Primo dum tantum illas alienari vetant aliterdum usucapi expresse prohibent et distat qd primo casu et alienatio et usucapio interdicit, 2° vero usucapio tantum alienandi manente potestate de primis videmus in l. Julia quae fundum dotalem alienari vetat principio inst.a quibus alienare licet l. 1. l. 4 et per totu ff de fundo dotali et ad usucapionem fundi eo ipso pertinet l. si fundum ff de fundo dotali l. 18. tt.o 29. p.a 3. et ibi gregorius glos. 4. eo etiam respicit l. bone fidei emtor ff de adquirendo reru dominio quae in rebus pupillor usucapionem prohibet ex alienatione prohibita in l. 1. ff de rebus eor idem in prodigis furiosis alijsque minoribus qui curatoribus reguntur quor res etiam prohibitio alienationis complectitur de quibus omnibus et de maioratum rebus comodius et latius disputabimus ad l. 2. [

N. 5 Quae tamen omnia novissimo Jure inspecto cessare videntur et frustra inter matris et patris praeteritionem differentia constitui cum matris et ascendentium testamenta per materiam ... nulla sint ipso Jure nisi ingratitudinis causas ob quas liberi praeteriuntur vel exheredantur contineant ut probat textus ibi Accursius ... in auth. non licet C. de liberis praeter. et in auth. ut cum de appelatione cognoscit §.

eam illud solum disputatione dignum se se offert quid ne
sit
sa dicendum sit si filij una cum extraneis sint instituti
et invenio glosam finalem in presenti versiculo sed me
luis in ea sententia fuisse ut existimet querelam
tunc temporis non secus ac si soli fuissent instituti cessa
re debere. Cuius opinionem post Iacobum Butriarium et
antiquiores alios in presenti sequuntur et comunem testantur
Corneus n.º 19 et Curtius n.º 20 et 24 in auth.ca ex causa §.
de Liberis preteritis et mihi probabilis videtur quamvis
contrariam cum Paulo Fulgosio Iasone et alijs in presenti
deffendat Menochius n.º 15 et 16 qui late pro hac questione
tione videndus erit et ultra eum Cuiacius in notis ad
Paulum Lib. 4 sententiarum tit.º 6 versiculo 2

Antinomiæ Juris Civilis A Licentiato Solorsano Socano 1603.

Prefatio Pereyra

Antinomiam nihil esse aliud quam legem legi adversam tem post Aurtium et antiquiores alios quos refert tradit Alberricus in dictionario iuris verbo antinomiam Alciatus lib. 1 Pratius Simon Scardus et alij qui de verbis Juris scripserunt verbo antinomiam. Quintilianus v: libro 7 institutionum oratoriarum cap. 7 et libro 3 cap. 6 et Ermogenes cuius verba refert Duarenus ad tt. de legibus cap. 10. Antinomiam esse putant legum ex cultu causarum complicatarum negotiorum que ut solet accidere perplexitate colitio et conflictatio aiunt namque nunquam legem legi ipso Jure adversari et ex diametro contrariam esse posse cum alteram ab altera abrrogare nesese sit adque ideo nomen legis amittere l derogat 102 ff de verbo. signif. l non est novum 26 l et ad posteriores 28 ff de legibus quia ut ait Varro libro 8. de lingua latina et multa alia congerens Revardus ad leges 12 tabularum cap. 1. semper veteres leges abrogatæ nobis sedunt adque ita si ubi leges collidunt id ex facti qualitate casu tantum ac cultu contingere ut in multis exemplis a

†parte

Quintiliano et Duareno s. relatis et a Conano lib. 1 comentario
rum cap. 9 n. 6 Albano de Juris arte cap. 13 Angelo Mat
asio de via et ratione Juris libro 2 cap. 2. Sed licet Greci
sint varij et ut Duarenus s. observat Antinomiam interdum
etiam significare leges inter se non solum sircumstantiarum
ipso Jure et natura pugnantes quod licet Albanus s. ar
deat aput nos in dubium vocari non debet cum Justinianus
hoc nomen in hac significatione acceperit in l. 2 §. nulla
itaque C. de vetere Jure enucl. et ipsa eius etimologia
suadeat greci namque nomos legem et anti contrarium
apellant

Hec de nomine prefati illud inquiramus opor
tet utrum ne a Justiniano eis ve qui iuris illius ius civilis
epitome redegerunt aliqua lex que alteri aperte repug
net relicta sit et nullam prorsus relictam fuisse post
Accursium et antiquiores defendit Sauius Molineus Conanus
et alij quos refert Morla in emporio Juris q. 11 n. 2 con
tra s. vero multas adhuc antinomias et dissidentes et varias
consultorum opinationes stare post Laurentium Vallam
libro 6 elegantiarum cap. 59 contendit Budeus in anotatio
nibus ad l. fin. ff. de q. de litroqdito non ullas exempli gratia
proponens quibus licet satisfaciat Cuiacius lib. 8 observatio
num cap. 9 idem tamen in cap. 8 eodem libro et alibi sepe
et Covarrubias lib. 1 variarum cap. 5 n. 7 Ludovicus Carondas
libro 2 verosimilium cap. 1 et alij relati a Morla s. n. 2 in
eadem sententia sunt tamen qui priorem defendunt Justiniani
testimonio nitidi quia nihil in Jure contrarium nihil
super fluum fuisse relictum iterum adque iterum docuit
d. l.

d. l. 1. §.º nulla vaque et in l. 2 versiculo quod jelysti et versi
culo contrarai C. de veteri Jure et in l. 2 §.º quibus C. de
novo codice et in proemio institutionum paragrafo ut licet
qui a posteriorem partem tuent impossibile fuisse aiunt
in tanta legum et titulorum copia omnium habere memoriam
et nihil et non undequaque perfectum relinquere ut ipse Jus
tinianus testatur presertim cum Jus civile ex I.C.torum responsis
fuerit consarcinatum qui ut omnis erant ita alij ab alijs
discrepabant et in contrarias opiniones dividebant ut constat
tat ex l. 2 §.º Si duo ff de origine Juris et ex his quae prete
Sacium et Cagnolum ibi tradit Curacius lib. 40 bservatio
num cap.º 32 Coranas epistolarum questionum cap.º 6 Antonius
Conciis libro 1 suspensuarum docet venardus in l. cum ample
us §.º his natura de regulis Juris quibus accedit Justini
anum ipsum docuisse nihil simile nihil superfluum nihil
que perperam positum in Jure inveniri ut constat ex d. Ju
ribus quod tamen minus recte impletum fuisse late probat
Prateius in libris inuertionum et geminationum licet cum rep
rehendat Madira libro singulari animaduertionum
cap.º fin.

In qua opinionum varietate ego ut non negem Tribo
nianum et eos socios minus lincos fuisse temerariosque tamen
et non falsi in Jure versatos ut Duare. ait d cap.º 10 et Mo
linius in rubrica de verbis n.º 91 eos esse duco qui generali
bus adversantium Jurium dissimilitudinibus interierit, statim adversus
Justiniani oraculum antinomia falerit minores quod ut
ipse ait in d §.º contrarium si quis subtili animo diversi
tatis rationes subtilitati exquirat semper aliquid inveniet
quod

quod disonātię quęstam dissoluat et aliam naturam inducat discordię finis effugietem quāobrem melius de Jure come reri arbitror qui desultia quęque et pugnātia responsa in unū congerere et pro viribus conciliare parant in quo utroque antiquiores diligentē operam navarunt Sacius, Straimanus, Carondas, Mantua, Stefanus de Federicis, Julius Pacius et alij in discursu referendi qui nō ullas anthinomias congessere et generales regulas dissoluendarū difficultatū composuerunt

Ad ttm de Jure et legibus. Caput. 1. de conciliatione l. ut uim C de Justitia et Jure cū l. 1. §o. uim ui ff de ui et ui armata cū alijs

Etsi Laurentius Valla libro 4 elegantiarū cap. 48 ridiculum esse existimauerit Jus naturale definiri quod natura omnia animalia docuit putans cū in brutis nulla sit ratio nullū in eisdem Jus inesse cuius tamen errorem praeter Ulpianū in l. 1 §o. Jus naturale ff de Justitia et Jure Justinianū in principio instit. de Jure naturali obtinere reprehendunt Revardus libro 1 uariorū cap. 1 Conanus lib. 1 comētariorū cap. 4 n. 7 Oldecanus libro 1 lectionū cap. 19 Cuiacius in notis ad ttm instit. de Jure naturali Madera libro animaduersionū cap. 2 n. 15 recte animaduertens Jus nō ex utriusque qualitate sed ex facto stimandū et quod quid naturę admonitione bruta faciunt animalia id si etiam Juris praecepta hominis faciant naturali Jure factum videri cuius initia ex ipsorum animalium exemplo disci debet. ut ait Sicero lib. 2 et 3 de finibus bestijs speculo sunt naturę ipsasque cū cernimus ipsam naturę nosse videmur

audere

audere et hoc est quod Ulpianus et Justinianus s. tradunt
huius naturalis Juris peritia, sitera quoque alia in pretio
et admiratione esse, ita tamen verbum senseri quos s. dicta Jura velut
ac si priendum esse late probat Duarenus ad hunc titulum cap. 5 Budeus
in anotationibus ad D. L. pagina mea 94 Budeus in anotatio
nibus Antonius Rocus lib. 2 memorabilium cap. 6 in fin. Brisoni
de verbis Juris verbo senseri quamvis Onesius Panorbinus in cap.
12 observatio: aliter intelligat et in illis Juribus non peritia, sitem
sed peritia legendum esse non male contendat.

Inter ea vero autem quae hominibus cum belluis co
munia esse videntur illud precipuum est quod ad pro prii
corporis tutellam et illatae damni propulsatione expectat
nam ut Aristoteles ait Lib. 1 politicorum omne animal
natura ducitur ad conservandum se et speciem suam impedit et
Tulio teste Libro 1 oficiorum omni genere alimalium a natura
tributum est ut se vitam corpus quae tueat quod Jus a natura
ipsa arreptum et auctum et nobis non s natum factum quae ipse
Cicero in oratione pro milone eleganter ostendit et multis
aliis testimoniis comprobat Conanus s. Corasius de Juris
arte lib 2 cap. 18 et Ulpianus ex Casii sententia probat in
l. 1 §o. vim vi ff de vi et vi armata et Caius in l. 4 ad l.
Aquil. et Pontifex in clementina fin. circa finem extra de re
Judicata et in terminis arietis vel bovis qui alterum aqua
agressus erat peribit considerat tx in l. 1 §o. cum arietis ff si
quadrupes paupe. quod notat tx in l scientia 46 §o. qui
cum aliter in l si ex plagiis 44 §o. tabernarius ff ad l aquil.
in l sed et partus 12 §o. 1 de cogd. metus causa in l furem 9
ff de sicariis in l 1 C quando liceat se vendicare vim videte
-liere

dere omnes leges omnia Jura permitunt adeo ut qui aliu ad sui defensionem occiderit irregularitati nõ contrahat ole mentina si furioso sys de omissa io ubi Covar. 3 p. 8. vnico n. et alij relati a Guevara in libro 2 de Justitia et Jure n.º 33 merito reprehendunt in hac l. ut uim verbo nam Jure dum inquit hac l. Jure fori no Jure poli procedere incuns se defendentem puore. Cumque ita sint et Jus naturale a Jure gentium distinguat quod illud natura insitum et comune nobis cu animalibus sit hoc ex naturali ratione procedat et homi num tantum proprium esse dicat d l. i in fine de Justitia et Jure 8.º quod 2. inst.º de Jure natu. difficile admodum evadet quod florentinus in d l. ut uim Juncta d l. i in fine inter cæterum rerum exempla quæ ex Jure gentium de pendunt vis et Jura defensionem retulerit eo quæ magis difficile quoque ab ipso tradit ratio in vervi cuelo et cum inter ad Jus naturale expectat natura enim ut inquit Seneca 2. epistolarum nos cognatos edidit cum nos ex ijs dem et in eadem gigneret quo respexit etiam Julius libro 3. offici orum et ex in l non tantum 6 Justa glosa ibi verbo huma nitatis ff. de apellationibus et in l servus ea l. de servis exportandis cum alijsque preter Cuiacium sic tradit Mathia libro 4 observationum cap.º 33

Quæ difficultas tanti fuit aput Conanum d cap.º 4 n.º qui dicere audeat hoc responsum Florentini vel male a Triboniano inter exempla iuris gentium collocatum vel perte ita accipiendum ut referat ad d l. i. 8.º Jus naturale in quo de natali Jure tractabat et Antonius Vara sive Antonius Goveanus lib. 1 lectionum cap.º 20 Raynaldus

Corsus

135

Corsus lib. 3 uagationum cap. 2 Vaconius declaratione 15 n. 3 petrus Gregorius de Jurisarte cap. 8 n. 3 eius lapsu fuisse florentinum afirment et contra eum Juri naturali defentionem tribuendam esse doceant. Ego uero his opinionibus reiectis et alia Bartoli in presenti n. 5 quam comunem dicit sequit Corrasius de Jurisarte lib. 2 cap. 8 Julius pacius senturia 1. ant. hi nomiarum anthino mea 1. probabiliorem puto aliam eiusdem Bartoli solutionem qui dicit defenitionem natura permissam uel moderamen inculpate tutele quod in ea observandum est de quo in l. 1 C Unde ui et in alijs adductis a Menoquio de arbitrarijs casu 277 cum sequentibus ad hominis tantum et Jus gentium pertinere quam opinionem probat Eguinarius et Cuiacius in presenti idemque Cuiacius lib 5 observationum cap. 18 eam tamen aperte conuincit Fortunius in presenti Conanus ubi s. et Carondas libro 1 uerosimilium cap. 1

Quare uero mihi interpretatio esse uidetur ut dicamus defentionem naturali Jure et fundari et inde in Jure tamen gentium a florentino asignari quod omnium gentium Jure et auctoritate receptum sit ut qui uim ui repulerit non puniatur et Justum sit illatam injuriam propulsare et alij quam interpretationem scripsit prius ex his quos uiderim fortunius in presenti a quo uel sumserunt uel sumere potuerunt Reuardus d. libro 1 uariorum cap. 1 Carondas s. Couarrubias libro 2 de Justitia et Jure n. 34 qui eandem sententiam probant et sibi tribuere uident. Ego quem pro ea nostrum tx perpendo in quo non docet consultus uim ui repelere Jure gentium inductum sed illud tantum ut qui se defenderit Jure fecisse existimet idemque tx in d l 4 ad l aquiliam ubi eodem respectu dictum est naturalem rationem id est Jus gentium defentionem permittere

de

de defensione aute et an semper et quatenus ex pro quibus rebus permitat qui mllia plura ultra Couoruiam Menoquiam Corasiu et alios s. ptatos legat in numeros quos refert Senedo in colectanea 96 ad decretales et 17 ad sextu et Castelianu Cuotam in memorabilibus uerbo defensio et Sabastianu Medicis de fortuitis casibus 1 parte quystiones 8 per totu

Caput. 2. de conciliatione. l. placuit C. de Judicijs Cum lege prim. C de legibus et l prospexit 12 ff qui et a quibus

Cum Jura leges que populis per ora principu diuinitus promulgent l fin C de prescriptione longi temporis sit que inuentio quedam et done d l 2 ff de legibus adeo ut legislatores deos fuisse ex pro Deis semper habitos referat Felius Rodiginus libro 2 lectionu antiquaru cap. 19 merito Judices 2u ea que Jure et legibus prefinita sunt Judicare debere statuit in c. 1 versic. de oficio Judicis in tantum ut de hoc initio suscepti oficij Juramentum interponere debeant l rem no nouat 14 C de Judicijs e enim lex regula qua regi debemus cap. 2 et 3 distinctione 3 et ubi semel lata e debere nos 2u ipsa non de ipsa Judicare eleganter Diuus Isidorus et Augustinus ostendunt in cap. erit autem lex et in cap. in istis 4a distinctione vnde dificile ad modum e quod Constantinus Imperator tradit in l placuit 8 C de Judicijs strictum ius equitatis qua strictis Juris rationem nam etsi ueru sit Judicem equitatem semper ante oculos habere debere l qui fino ff de eo quod certo loco l in omnibus 90 ff de regulis Juris ubi tamen aliquid expresse legibus statuit non licere Judici a prescripto earu recedere quatenus dure

et-

et aspere videant esse aperte in eleganti casu profitet Vlpianus in l prospicient ic ff qui et a quibus et magis aperte imperator in l i C de legibus ubi inter equitatem Jusque interpositam interpretationem solis Principibus jus preire licere ait nimirum quia ut eorum proprium est leges condere ita et interpretare l fini C de legibus l fin. §o si quid vero C de veteri Jure . capo. inter alia extra de sententia excomunicationis

Quare in hac difficultate componenda multa tam a Theologis quam ab utriusque Juris doctoribus in aniter tradita fuit testat Mendosa lib. i de pactis cap. 3 no. 9 Duarenus lib. 2 disputationum capo. 19 et tandem comuniter post Accursium interpretes antiquiores in d l i et in d l placuit in ea sententia sunt ut equitatem inscriptam et non scriptam parvant docentes illius causa a Jure et legibus recedi posse huius vero non posse. Sed licet hec interpretatio multis probet quos plene congerit Morla in emporio q. ii no. i et ultra eos Riminaldo in l i no. 83 ff quod quisque Juris silue nuptiali libro 5 no. 68 Ferrando libro i declarationum capo. 2 in fine recte tamen comunit a Duareno et Mendosa et Conano libro i comentariorum capo. ii Angelo Mattheacio de vera et ratione Juris libro i capo. 2 et alijs relatis a Morla ubi supra no. 6 cogitando equitas Arist. ... lib. 3 retoricorum et 5 eticorum nihil aliud sit quam scripti Juris correctio seu Justum preter Legem et ut Cicero ait in oratione pro Cluentio laxamentum legis unde si scripta sit tamen ... non equitas amittat et Jus legitimum esse incipiat et anteriores leges sibi adversantes aboleat Justa Jura vulgaria neque contrarium probat

d l placuit in qua illud verbum scripse contra fidem pan
dectarum florentinorum additum ab imperito aliquo fuisse et
qui conciliare aliter illud rescriptum cum d l 1 C de legibus
non poterat recte advertunt Duarenus et alij autores supra citati
et Antonius Augustinus libro 4 emendationum c 8.

Quare ego omissis multis equitatibus vestrutis juris ambagibus quibus preter supra dictos involuunt Covarruvias in regula possessor 2o. parte §o. 6 Coronius 2o. miscellanearum c 18 Forlunius Budeus Sacius et alij in l. 1 de justitia et Jure et eorum qui melius sentiunt mente resolutum demum licitum esse Judici stricto rigore posposito equitatem amplecti quoties ex summo Jure et stricta verborum acceptione summa in Juria nascitur et et in tito legis que omnes casus comprehendere verbis non potuit l neque l non possumus l nam ad ea ff de legibus cum fiaret nam cum leges in comune bonorum ferant et non minus verbis quam scientia loquantur l nominis 6 §o 1 de verborum significatione peccarent utique Judices qui verbis exertes mentem et intentionem legislatoris contrarium tali in casu responsuri non sequerit Juxta glossam receptam in l tale pactum §o. fin ff de pactis et legem si re leges legum benignius legem contra Juris ff de legibus l non dubium C eodem et ex quo sic apprendum puto omissa comuni interpretatione in l nulla Juris ff de legibus ipse namque leges ut Catonis vericulo continetur cupiunt ut Jure regant vecum res cavillari non oporteat l penult. ad exibendum pleraque sub autoritate Juris scientie que et bono omisso perniciose errat ut ait consultus in l si servum 91 §o. sequitur ff de verborum cuius rei omissis

multis

multis exemplis a s. dictis relatis ego aptissima esse puto que extant in l bonae fides 31 ff depositi in l sexate 15 de publicanis l iure oportet 15 §. aliud et §o. sufficit de excusationibus tutorum l 1 §o. Sed autem si quis liber esse Jussus fuerit l posthumus 13 l filio preterito 17 ff de in Justo rupto at.º ubi incerta est et dubia mens legis et merito ignorat an in eo quod ajudicet oporteat strictum Jus equitate temperare quia ex verbali legis observatione nihil in Justi aut absurdi natura nocit tunc licet ratio sesare videat non tamen licet a Jure constituto resedere ut in d l posprexit quam a duritie et iniquitate desiderent Alciatus libro 1 de verborum sign.e + quesdardiversorum questionum cap.º 16 Menoquius de arbitrariis casu 82 nº 15 Coranus Memorabilium sententiarum senturia 1 cap.º 20 et in hoc casu solis principibus licet equitatem inspicere ut in d l 1 C de legibus et in exemplis tx in l ventre urciculo gº decreto de acquirenda hereditate l fin de hered. inst. cap.º fin de transactionibus, et aliis relatis a Petro fabro vir tx ibi in l in ambiguis §º quoties de regulis Juris et Cuiacius in l 11 pupillus ff de verborum et Petrus gregorius de Juris arte cap.º 7

+ Cuesad

Caput 3. de conciliatione L. principis ff de Legibus cum l digna vox. C. eodem cum aliis

Inter alias legis qualitates quas preter Isidorum in cap.º erit autem q.º distinctione refferunt et exornant doctores quos plene convicit Simido in coletanea 1 ad decretum nº 2 illa principem obtinet locum ut lex generalis sit omnes communiter comprehendat ut preter ipsius L. definitionem de qua in l 1 et 2 ff de legibus aperte deducitur in

l. Jura c. 8 ff eodem in l. fin. C. si contra Jus vel util. cum alijs traditis a Duareno ad Sune tit. cap. 4 Balduino et Rainardo ad leges 12 tab. cap. 1 quod usque adeo verum est ut Imperatores ipsi et Reges legibus obstringi aperte doceamur in l. digna vox 4 C. de legibus cui arridet tx in l. ex imperfecto C. de test. in l. 4 C. ad l. falcidiam in § fin. cum similibus inst. quibus modis test. infir. et efficax illa ratio quod cum lex adeo ipsa sit omnium et divinarum et humanarum regina l. 2 ff de legibus sicut hominibus Imperatoribus ita et ipsi Deo ac per hoc legi obtemperare debet ut eleganter censuit Divus Augustinus in 3 quae contra 8 deslimitatione ascedit his in principis populis Jus et potestatem suam transtulisse l. 1 de constitutionibus principum § sed quod Principi inst. de Jure natu. verum enim populi regalis ipse legibus tenerent l. omnes populi de Justitia et Jure principem quoque ipsum teneri dicendum est argu. l. nemo plus ff de regulis.

Cui tamen assertioni apertomante repugnat Ulpianus in l. princeps 31 ff de legibus generaliter constituens principem legibus solutum esse que ut cum 5. drits componant inter pretes plures ominus cut et Cuiacius libro 15 observationum cap. 30 graecos autores ad l. Princeps de legibus penarijs accipere tradit quibus ideo solvunt principes quod Judices non habeant a quibus poenas exigi possit ipse v. Cuiacius ibidem et Antonius Augustinus de legibus cap. 12 et in cap. ad l. Corneliam de soluto legibus magis id admittunt tx illum de lege Julia et Papia dumtaxat et alijs caducarijs intelligendus de quibus agit Justinianus in l. unica C. de caducis quibus ut pote odiosis Principes solum placuit alijs

alijs v. legibus nisi eis in illarū rogatione specialiter solverent teneri et obligari quā interpretationem supresso Cujacij et Augustini nomine sibi tribuit et late exornat Mendoza libro 1 de pactis cap.° 9 ex n.° 32 et tandem sequit. Parega in tractatu de legibus

Sed licet hęc interpretatio colorē habere videat. faciat que pro ea quod d. lex Princeps ex Ulpiano ad l. Juliam et papiam desumptae ut ex ejus inscriptione constat quantum ei sit tribuendū constat ex l. 1. 5.° tantū c. de vetere Jure et in terminis ex l. mortuo 40. de legatis 2 et l. fideicomissa 85 de legatis 3. l. heredi tatis apellatione de verbo. signd. que exsimili inscriptione declarationē accipiunt teste Valduino ad leges de Jure civili cap.° de lege Julia et Papia pagina 99 ea tamē omissa quā nimis generalia verba Ulpianus restringit et alijs aliorum sic libis qui inter ordinariā et absolutā Principū potestatē et inter leges naturales et divinas et positivas discrimen constituunt quas late referunt Andreas plagamen in cap.° 1 de constitutionibus n.° 224 cū sequentibus et novissime Morla in emporio Juris quæstione 1 ego ut veriorem ita et pleniorem puto magis communē doctorū sententiam que Principem nō sub lege sed in lege esse ut nō legibus sed rationi earū subijci docet hoc est neque legibus ab alio conditis sub coactione teneri cum parem parem nō habeat imperiū l. nam et magistratus de arbitrarijs cap.° innotuit de electione neque a se ipso pro mulgatis cū nemo possit sibi imperare l. penult. de arbitris l. ille a quo 13 §.° tempestivē

nu ad Trebell. unde grammatici primam imperativi personam parite omiserunt rationis tamen naturalis dictamine ad legum observationem dirigi et se earum praeceptis subijcere ut in ut in d. l. digna vox et in lex imperfecto cum alijs et sane rectissime nam ut eleganter Theodorus apud Cassiodorum ait libro 1 variarum epistola 4 licet potestati Principum Deo favente subiaceat omne quod volunt voluntatem tamen suam de ratione metiunt et quamvis nulli sub esse imperio videant tamen ut plutarcus ait in libro de doctrina Principis in principio imperavit principi lex omnium regina non ea foris scripta in libris aut ligni sculpta sed viva in ipsius corde inicta ratio semper una cum eo habitans et conviuens praecipiens cum videat ipsius exempla alios ad legem observationem urgentius imitari ut Claudiani et aliorum testimonijs ostendunt autores statim referendi et recte scribit Salazarus libro 1 epigramatum epigramate 12 ibi

Publico in miru vestune sibi constat et quum
Imperium cum Rex quod jubet ipse facit

Quam opinionem post Divum Thomam ceteri Theologi secuti teste Soto libro 1 de Justitia et Jure q.o 6 articulo 7 conclusione 2 et ex nostres post Aurtium Bart et antiquiores in d. l. princeps probat Covarrus 2.o in sclamarum cap.o 23 ablegeo 1. Anastasius Germonius 1 animadversionum cap.o 1 Maderas libro singulari animadversionum cap.o 35 Guevara Covarru. Menoquius et alijque quos refert Morla d. tt.o de legibus q.o 1 n.o 1 et ultra eos Conanus lib. 1 comitarciorum cap. d.

16

16 n.° 8 Merserius Libro 2 opinionum cap.° 2

Ex qua observatione illud nascit quod cum contractus principis legis vim habeant ut notant omnes per tx ibi in l donationes quas Divus 27 C de donationib; inter. in l Caesar ff de publicanis pari quoque ratione dicendum videbat Principem solum naturali ratione et equitatis vinculo ad eorum observationem teneri quod multi ex s. relatis constanter afirmant quamvis alij cum propter qualitatem contractum l cum emptor de rescindenda in l habeo 19 de verborum sig.ne in l fin C de fructibus et litium expensis tum etiam ne aliqui omni comertio exuat civiliter et eficaciter olligare dicant ut constat ex Decio et seteris per tx ibi in cap.° 1 de probationibus Baldo in d l Princeps et in numeris quos refert Sened. in coletanea 167 ad declaretales n.° 5 et ultra eos ex Pinelo in 1.ª p.ª rubrice C de rescindenda cap.° 2 Madera d. cap.° 35 Morla in premissis ad tit.° de pactis n.° 67 V in centro Caborio Libro 2 disputationum cap.° 10 aquibus plena huius articuli disputatio petenda e

Caput 4 de conciliatione tx in l de quibus 32 in fine ff de legibus cum Lege 2. C. que sit longa consuetudo et alijs

Et si periculosa sit et que ad fieri possit vitanda legum mutatio l 2 de constitutionib; Principum l minime 25 ff De legibus junctis his que eleganter legerunt Valduinus et Silvester in § fin instit. de Jure naturali tamen cum omnis noster status sub perpetuo motu

motu consistat autentico de non alienandis §. ut autem collatione relatione 2 et 2.ª varietate temporum statuta quoque varient umana et non debet extra de consanguinitate et affinit. eve nec aliquando ut Leges non solum alijs legibus contrarijs verum et contrario populi usu per desuetudinem abrogent ut Julianus probat in l de quibus 32 in fine ff de legibus et Justinianus in d §. sed naturalia etenim quemadmodum lex expressis populi suffragijs et rrogat et abrrogat ita et tacito eius consensu nomen Jus indui rebus quae corrigi Justissime scriptum est cum non minus factis quam verbis declaretur voluntas ut in d l de quibus et in l recusari 99 de acquirenda hered. in l Paulus s. rem ratam haberi unquam aiebat Plato consuetudine quadam veluti tacitum conventionem coniunctam quae efficit ut ea non minus quam lex scripta et pro rostris posita servari debeat l diuturna 33 l sed ad ea 35 ff de legibus §. ex non scripto inst. de Jure natu. imo et plus lege valet quae a potentioribus et plurimum minantis et recusantibus datur quia ut ille dixit per vim sunt leges et plebiscita coactae consuetudo vero ultro suavi paulatim perse influat in mores hominum et bono publico instituta dicat ut eleganter consideravit Coranus libro 1 cometariorum cap. 10 n.º 1 et ab eo sumens Mathaeasius de uniitratione Juris libro 1 cap. 33 n.º 2 et ante illos praeivit consultus in l imo magnae 36 ff de legibus quo fit ut a consuetudine non solum legum interpretatio sit petenda l si de interpretatione 37 ff de legibus verum et earundem

con

influat

confirmatio aut infirmatio ex illa dependeat l penult C de legibus c in istis 4 distinctione c fin extra de consuetudine adeo ut hoc procedat quatenus lex futuram contrariam consuetudinem damnet causa enim nova sit per iudi excepta arguto l quesi dominorum ff mādati et ita pastalis tenet Covarruvias 3o variarum c 13 nº 9 Marcus Antonius Libro 1 maiorum institutionum tto 9 nº 193 Rocus de Curte in tractatu de consuetudine sectione 7 nº 11

Cum enim ita sint mirum est quo pacto imperator in l 2 C que sit longa consuetudo relatus a Gratiano in cap. consuetudinis 2º distinctione aperte rescripserit consuetudinis quatenus longeve adeo magnam autoritatem non esse ut aut rationem vincere posse aut legem in qua dificultate componenda adeo variant utriusque Juris interpretes ut vere dicere potuerit Mathesanus 5 nº 25 maiorem inter ipsos quam inter 5 dicta Jura antihoniam versari sed inter plures solutiones quas glosae et Bartolus utrobique tradunt ea magis comuniter placuit ut specialis consuetudo specialem et generalis generalem legem tollere posse Juxta d l de quibus et similis quivis hoc casu aiunt debent arguto tx in l inditor 14 § 1 ff comunia pred. Juris vero in speciali cōsuetudine que generalem legem vincere nequit ut in d l 2 quā sic accepi ultra Bartolum et doctores in d l de quibus Dinus uoluit in cap. generi extra de reg. Juris in 6 et Theodosius in antihoniarum conciliatione pugna 17 verum mihi hec interpretatio tum lenis tum divinatoria videtur atque confutationem non egeat sed neque magis admitenda est alia forcatoli dialogo 1 nº 23 neque alia Coronei Mathesianj

sij et Valduini d. Neque alia illorũ qui de cõsuetudine irrationabili et nõ legitime prescriptam loqui d. l. 2 affirmãt quã licet comuni testet Jason in aditionibus ad Cortiũ late tamẽ cõuincit Gregorius Madera libro singulari animadvertionum cap.do 5

Vnde illam ego conciliationẽ magis admito quæ Duareno placuit ad Sune l[?]us cap.o 12 et libro 2 disputationũ c 32 et post eũ Cuiacio in lib. 2 de feudis c. 1.o Madera ubi d. Julio Pacio in sentura i antinomiarũ antinomia 14 et nemine eorũ relato Pichardo in d §.o ex nõ scripto n.o 3 ut s. tx in d l. 2 nõ neget legem sequẽti cõsuetudine antiquari vel minui pro se vel uinũ sed si lex et cõsuetudo de per se et simpliciter expectent ita ut nõ ponamus altirã altiri repugnare sed inter se de viribus et Principatu cõtẽdentium consuetudo legem nõ uincat sed equalis sit utrique potestas ita ut omnia quæ cõsuetudine fiunt lege fieri posset et contrario quam interpretationem fauet tx in cap.o 1 de feudi cognitione in usibus feudorũ et late exornare poteris ex his quæ de consuetudinis viribus et potentia late scribit Menochius lib 1 de arbitrarijs q.e 71 et libro 2 de arbitrarijs casu 82 cũ sequẽtibus Salasar in tractatu de usu et cõsuetudine Antonius Scapus de Jure nõ scripto Franciscus Gratianus regula 97 Josephus Ludovicus dessisione Perusina 62 Everardus Caldeyra libro 3 variarũ cap.o 10 et novissime Alexius Robertus lib. 2 rerũ Judicatarũ in principio qui plura de consuetudine et quo tempore et quibus actibus introducat eleganter et late pertractant quod si super cor interpretatio nõ plt[?] lacaat possumus d l 2a ita accipere ut

vide

ut de cōsuetudine que solo sui nomine nihil intelligo id est de ea que sine rationis vel legitime prescriptionis adminiculis ē introducta et non male cōtendit Ludovicus Vitalis libro 1 variorū cap.o 28 vel etiam Constantinus nō neget quin cōsuetudo possit legē abrogare sed tantū probat quod l nō vincat id ē non posse ita legislatoris autoritatē infringere quin lex nova fortiori et graviori ratione stabilita viciosam consuetudinē et tollere possit et emēdari quā interpretationē licet nō ita expresserit innuavit tamē Revardus de autoritate prudentū cap.o 16

Sed mirū ē quā his omnibus que de consuetudinis viribus diximus adversit tx in l 3 §o Divus Adrianus ff de sepulcro violato ubi Jux ta Accursij et communē interpretationē aperte probat consultus cōsuetudinem municipalem generali Principis rescripto neque generaliter neque specialiter abrogare posse qua difficultate adeo premūtur doctores ut Bart. qualitius divinando ab ea se liberare nō potuerit in d l de quib. in oppositione 7 et Jason ibidem n.o 53 valde ambiguū esse fateatur illud i.c.i responsū quod et facet Covarru. lib. 3 variarū cap.o 13 n.o 4 qui varias ad illū tx interpretationes adducit quibus reiectis et communi Accursij expositione que liberam destruit et alia quā tradit Portolalus dialogo 1 n.o 26 ego verius existimo cū fornerio lib. 1 selectionū cap.o 13 eo in tx male sive us que ~~nota~~ a doctoribus legem municipalem pro usu et consuetudine populi seu municipij fuisse usurpatā tū i.c.us ibi legi municipalis mentionem fecerit que significat particularem alicuius opidi consti-

titutionem seu statutum quia ideo rescripto Imperatoris in-
nime derogari inquit quoniam rescripta generalia erant
et generaliter ab omnibus observanda ut pluribus probat
idem Forneriis ubi s.

Ad tit. de statu hominum et his qui sunt alieno Juri subiecti Caput 1. de conditione l. homo liber 21 ff de statu hominum cum § fin inst. de ingenuis

Quamvis omnes homines natura parens ab initio li-
beros procreaverit postea tamen gentium Jure incipientibus
bellis captivitates quoque seperunt et eorum qui in bellis ca-
perent quique ex illis nati fuissent servitus introducta
est l. manumissione 6 de Justitia et Jure l. 4 ff de statu ho-
minum § Jus autem inst. de Jure naturali § 1 cum sequentibus
inst. de Jure personarum Junctis his quae late tradit Cona-
nus Libro 2 commentariorum cap. 1 n. 3. Covar. in regula pe-
catum § 11 ex n. 2 Antonius Rosius libro 2 memorabi-
lium cap. 8 n. 80 quinimo et Jure civili non nulli alij modi
inventi sunt quibus homines in servitutem redigerent quos
late recensit Mersenus Libro 1 opinionum cap. 9 inter quos
ille erat precipuus ut si homo maior viginti annis sci-
ens se liberum ad pretium participandum ignoranti se
vendi permiserit servus efficeretur l. et servorum 5 ff hoc
tit. de statu hominum l. 1 ff quibus ad libertatem l. liberi
7 ff de liberali causa § penult. de Jure personarum
§ maxima inst. de capitis diminutione quam servi-
tutem iniquiorem et Justiorem ea quae Jure gentium in-
duit cum non nisi nolentibus et repugnantibus imponat recte
ratio observat Conanus ubi s. n. 6 et deducit ex l. 1. tit.
21 p. 4 unde neque restitutio quae alioquin solet minoribus
dari

dari sibi competebat l. si ex causa 10 §. Pomponius ff de minoribus vel quia nec lesi essent volenti enim nō fit injuria l. 1 §. usque adeo ff de injurijs cap. scienti cum similibus de regulis juris in 6 notat in terminis Mantica in glosario clasi 1 cap. 17 vel ut ego magis arbitror cum Otomano et Valduino in d. §. penult. et Corano §. ne fraudent bonefidei emtores et propter odium degeneris et servilis animi eius qui propter lucrum se ultro in voluntaria servitute congesit quod adeo verum est ut neque parentibus vel cognatis permittat revocatio ut tenet Accursius et alij in d. juribus et contra Accursium defendit Padilla in l. fratris nº 10 et 11 post glosam ibi cap. de transactionibus quod tamen in uxore si in eius fraudem maritus se vendat nō observabit l. finali nº 5 pº 4 item neque in muliere qui se ad pretium participandum vendiderit capite punit l. quaedam 13 ff de penis ex quo et illud nascebatur ut neque libertate donati tales servi ingenui fierent et ad pristinos natales redirent sed libertini manerent ut expresse Modestinus ait in d. l. homo liber de statu hominum et Ermogenianus in l. cum pacto 40 ff de liberali causa neque enim gaudere debuerunt amplius ingenuitate quam a se turpiter abdicarunt et justum fuit ut in eo punirent in quo deliquerunt arguto l. sive hereditaria 23 ff de negotijs gestis et notat in proposito Antonius Quesada diversarum questionum cap. 8 nº 6

Cum eum ita se habeant ad modum redi videtur Justiniani descriptio in §. fin. inst. de ingenuis dum expressis verbis constituit eum qui ingenuus natus est etiam si in

ser

servitute morali et postea manumissus fuerit adantiquos natales redere cui tamē dificultati cū Accursio et aliis interpretibus in d l Somo et in d §º cū acerbo cum et facile respondet Justinianū nō de eo loqui qui vere servus fuerit ut loquit Modestinus in d l Somo sed deeo qui cū liber esset pro servo habitus ē cuius natalibus nec servitus putativa nec manumissio quæ de facto posius quā de Jure intervenit nocere potuit ubi cumque de veritate constiteret quoniā nec libertinus esse potest nisi qui ex vera et Justa servitute manumissus est l 6 de statu Sominū principio inst. de Libertinis Juncta i declaratione ibi verbo Justa neque veritati et ingenuitatis origine manumissio quo modo cū quæ facta præiudicat ut expresse tradit Paulus libro 5 sententiarū tt. 1 et aparet ex l 26 et per totū C de ingenuis manumissis ex l si quis 22 in fine ff de captivis et ex l servo manumisso 57 ff de conditione indebiti et observat Mercerius libro 1 opinionū cap. 10 Julius Pacius centuria prima antinomiarū antinomia 26

Caput 2. de conciliatione l. non sunt liberi 14 de statu Sominum cum l. quæret aliquis 135 ff de verborum significatione

Pertinet etiā ad Sure de Sominū statu tractatū qui filiorū nō habendi sunt nec ne exacte cognoscere etenī aliquā do mulieres prodigiosos liberos et cōtra formā humani generis pariant ut constat ex memorabili exemplo relato a Marselino libro 9 rerū gestarū et ex pluribus aliis congestis a Pinelo libro 7 naturalis historiæ cap. 9 Alciato in d l quæret aliquis Valduino ad leges Romuli c 13 et novissime a Simone Maiolo diebus

+ numero

cani

Canicularium quoloqueio 3 merito inter. IC. dubitatum fuit an sint Justi Liberi et parentibus quo ad aliquid prossit. Si qui contra naturam nascūt missu vel vagitu nem et liberos nō esse neque inter Liberos connumerādos apertis verbis docuit Paulus. IC.us in d l nō sunt Liberi et apertius in Libro 4 sentētiarū tt.o 9 versiculo mulier Vnde Lex illa dejuta fuit et sane merito nā eos partus inter prodigia connumerari debere scripsit Vlpianus in L ostent 38 ff de verborū sign.e et Lege Romuli quā refert Dionisius Arricarnasius Lib. 2 et Duarenus in parafrasi ad Sune tt.us et late exornat Valduinus j. monstrosi partus simul adque nati erant sedi Jubebat et adeo Liberorū Loco nō erant ut etiā nati tt.o pareb in quibus preteriti erant nō rrumperent L 3 in fine C de postumis hered. inst. ibi ad nullū declinens monstruū vel prodigiū vix cōvenit Lx in L 8 in fine tt.o 33 p.o 7 et in L fin. tt.o 23. p.o 4

Sed in eandē speciē mōstrosos et prodigiosos partus Liberorū nō esse expresse scripsit Vlpianus eam ratiōnē reddens in d l fin quod illud quod fari liber accidit matri damnū irrogare nō debeat quā dificultatē ut efugiat Accursius ubi bique et in d l 3 glosa fin in fine refert putatam culpa mulieris portentum nascat vel quia se bruto animali turpiter immiscuerit vel quia de eo diu esse hominē ageret cogitauit ut tunc Liberi prodigiosi et nequaquā proficiant ut in d l nō sunt Liberi an v. fataliter tantū et absque aliqua matris culpa nasci contigerit ut tunc Liberorum numero computent ut in d L quæret aliquis verū Sed solutio Licet in consistineri posset quod ait causam pro

digio

odigiosorū partū interdū ex cogitatione mulieris tēpore conceptionis dependere ut constat ex tali aduertis ab Alciato et Maiola ī Corasio lib. 2 miscelanearū cap.° 2 Alfonso Mendosa in questionibus colibetriis questione 9 francisco Vallesio de sacra philosophia cap.° 11 in reliquis v. nullo modo defendi potest nā propter solam cogitationē presertim tam remoratam et ad culpam non ordinatam puniri mulier nō debuit ~~perperam altera et liberi~~ l cogitationis 18 ff de penis et si actu cū bruto nō habuit perperam utrū ex liberi prodessent dubitarent cōsulti cum propter tale delictum flamis posiusquā premiis esset afficienda arguto l cū iam C de adulteriis et eorū que tradit Menoquius de arbitrariis casu 286

Quare idem Aurtius alio modo sane difficultatē componit ut s. dicendū sit huiusmodi monstra licet ad orumpendum tt.s et alia similia liberorū loco nō sint ualere tamē ad conditionem implendam in persona matris uel patris si peperent uel liberos habuerit ut in d l que ut aliquis quam solutionē sequit Bartolus Aluericus Paulus et Orostius et alii in d l nō sunt liberi et petrus Costalius ibidem adeo illā probat ut putet licet meo Judicio male tales liberos ad excusationē tutele proficere et aliorum munerū a quibus certus numerus liberorū excusat que referunt in l 2 §.° numerū de excusatione tutorum et in tt. C de his qui nō liberorū et in l si quis decurio 29 C de decurionibus libro 10

Sed hec Aurtii solutio licet alciato etiam placuerit in l qui mortui 129 n.° 3 ff de uerborū signi et

et Otomano in l. quod dicit in fine de liberis et postumis et convenire videatur libero, d. l. nō sunt liberi prout extat a Triboniano in pandectis relata si tamē rem exactius intueri velimus sustineri nō potest nā ut observat Antonius Augustinus libro i emēdationū cap.° 1 ex illo et ex eius inscriptione colligit desumptū ē ex libro 4 sētentiarū Julij Pauli ubi etiā de matrū comodo et utilitate propter liberos nempe de . S.C.° Tertilliano agebat Paulus quo matres tum ad liberorū suc... nō nisi post omnes agnatos vocate etiā demū ante eos admitti jubebat si ingenua tres liberos et libertina quatuor habuissent ut constat ex l. 2 C. de Jure liberorū principio inst.tum ad Tertillianū cū late congestis a Marco Bertrano de Jure liberorū c. 28 et 29 Alciato in l. ter enixa 137 ff de verborū signē et itā licet et Tribonianus ratiō... nē sui temporis habens quo iam Tertullianū hac in parte derogatū erat per d. l. 2.a respōsū Pauli mutatis aliquibus verbis nō ad utilitatem matris sed generaliter eos retulerit ut nō sint justi liberi et in potestate qui contra naturā nascūtur ut observat Duarenus t. Eguinarius in d. l. nō sunt liberi et Cujacius ad Paulū d. tt.° 9 tamē cū non eodem modo d. l. quęret aliquis et Ulpiani verba in hac re cōtraria reformaverit nō videtur recte invicē ... illorū pugnā cōposuisse

Unde Eguinarius ubi s. et Balduinus n.° 17 declinando tentant legē Juliā et Papiā ad quas scribebat Ulpianus in d. l. quęret mulieres si nō genuerint vel si nō peperint multasse et id eo quomodo libet enixa sint etiā

nato

nato portento legi obtemperasse videri contra ꝙ. dicendũ esset ubi nõ partus sed liberi ipsi in cõditione ponunt ubi in d. l. nõ sunt liberi

Sed egregie fallunt quoniam jurisconsulti in Lege Papia nõ secus ac tertulliano liberos requisitos et orbos mulieres id est liberos nõ habentes dimidia eorũ quæ illis in testamento relinquebant parte multatas quod si matrimonio juncti essent ex testamento mariti decimam dumtaxat partem habere permissos vel si liberos ex alio matrimonio superstites haberent totidem decimas pro numero liberorũ ut constat ex Ulpiano in fragmentis tit. 15 et ex toto tit. C. de infirmandis pœnis celibatus et orbitatis etc. et tradunt late hũ et alia similia Legis Papiæ capita referentes Duarenus i disputationũ cap. 40 Crasius 2° miscellanearũ cap. 23 Sesar Costa lib. i variorũ ambiguitatũ cap. 18 Havero de alcacevas in præfatione ex n° 10 Caldeiras lib. 4 variarũ c. 3. ex n° 16 et omniũ optime Justus Lipsius in notis ad tacitũ libro 3.

Quæ cũ clara sint in obscuro adhuc esse videtur verum in eadem quæstione omnino sensere inter Ulpianus et Paulus et tandem probo magis Duareni sententiã in parafrasi ad hunc tit. quã sequitur Valdevinus d. n° 18 Petrus faber in l. 90 et in l. 208 de regulis juris qui Paulum ex Jure stricto Ulpianũ v. ex æquitate et benigniora interpretatione respõdisse arbitrantur licet ipsi nõ explicent ego in hunc modũ declarandum puto ex Jure stricto prodigiosũ partum neque inter liberos neque inter homines connumerari posse nã ut inquit Plato

Plato in Cratillo si ex homine alia proles quam humana prodiit quod nauit homo uocari non debet ac propterea Paulus sir cas senatus consultum Tertullianum quo matres trium liberorum de adquirenda filiorum hereditate tractabant ad quam olim non admittebant portentosos liberos stricto Jure sumto profuere inluise contra v. Vlpianum in declaratione Legis Juliae et Papiae quae orbatis matri semissem adimit quae Jure antiquo obtinebat benignorem fuisse et ut odiosam illam Lex et soli fisco comodosam arctaret partum prodigiosum matri prodisse interpretat utrumque propriis rationibus non plus fauere debuit hi qui de damno uitando quam qui de lucro captando certabant l ultima § sin v. creditores C de Jure delibe- randi l non debet 42 ff de regulis Juris et recte obseruat in proposito Cuiacius d tit. 9 et in operibus postumis in recitationibus ad notis ad d l quae ret et antea scripserat in d l quod dicit de liberis et post.

Caput 3.us de conciliatione tx. in l patre furioso d de his quae sunt sui cum l 4 ff eodem tit. et §. 1 inst. de patria potestate

Et si liberorum erga parentes obsequium et reuerentiam omnes gentes agnouerint l uel uti ff de Justitia et Jure aut Gentico quibus modis natales efficiant legitimi §.o licet colatione 6 cum alijs diuini et humani Juris testimonijs congestis a Petro Gregorio libro 11 sintac matum c 15 n.o 18 romani tamen adeo magnam sibi in filios potestatem arogarunt et tot priuilegijs fulcitam ut et dominicae compararet principio inst.tae de his qui sunt sui et

tunc

tunc dicere potuerit Justinianus quidquid cum Conanus reprehendat libro 2 comentariorum cap. 13 nullas esse homines qui tale in liberos habeant potestatem quale cives Romani habent d § 1 inst. de patria potest. quibus verbis aput alias gentes potestatem parentibus in filios [...] sedit non negavit imperator sed tantum civium Romano[rum] potestate eam quae aput alios e[st] excedere docuit ut rect[e] sensit Accursius ibidem et late explicat Balduinus et [Ho]manus ibi Petrus Gregorius d cap. 5 Varonius lib. 1 de[c]larationum cap. 8 Pinelus in 2a parte rubricae C de bon[is] maternis ex n.o 4 Forcatulus dialogo 15 Revardus a[d] leges 12 tabul. cap. 3 quod quidem patriae potestatis Jus proprium civium romanorum esse et aput eos l 12 tabul[arum] olim inductum preter tex in d § 1 et in d l 4 de his qui sui [vel alieni] iuris late ostendit Alexander ab alexandro libro 6 dierum genialium cap. 20 quinimo si rem diligentius concide[ra]remus etiam ante leges 12 tabularum ex Romuli const[i]tutionibus initio nascentis urbis promanasse comperi[e]mus ut constat ex Dionisio Alicarnaseo libro 2 anti[quitatum] quitatum et ex ipsius Romuli legis verbis quae ita refert B[al]duinus cap. 17 parentum in liberos omne Jus esto relega[ndi] vendendi et occidendi cuius extant vestigia in l in suis ff de liberis et post. in l ab divisio et in l fin C de patria potestate in l 1 § per hanc ff de rei vendicatione et aput [Ci]ceronem in oratione pro domo sua et Valerium libro 5 [cap.] 4o de severitate parentum cum aliis relatis a Pinelo ubi s. n.o

Quae cum ita sint et id moribus introductum dicat quod nulla lege scripta sancit paulatim consuetudine

veru

receptū e ut constat ex l de quibus ff de legibus §o. ex nostro scripto in tto. de Jure naturali capo. mos ê prima destinctione cū alijs mirū videri potest quod Vlpianus patriā potestatē moribus receptam fuisse testet in d l patre furioso ibi nā cū Jus potestatis moribus sit receptū proque facere eam videt quod pupilaris substitutio quæ ex Jure patriæ potestatis causat moribus quoque introducta fuisse dicit in l 2 ff de vulgari in principio de pupilari Juriū arguto patriam potestatem moribus receptam non legib; afirmat Bart. in l frater a fratre nº. 12 ff de conditione indebiti Duarenus in parafrasi ad Sunetitu de his qui sut sui Cuiacius in notis prioribus ad ttu. instº. de patria potestate et alij quos refert et sequit Pinelus ubi s. nº. 3. Ascanius clementinus in tractatu de patria potestate capite tertio sed his non obstantibus ego cū videam et Romuli et 12 tabularū legibus parētibus in filios talem potestatē concessam ut constat ex supra relatis magis in contrariā sententiā inclino quā præter Alexandrū ab Alexandro dicto Libro secundo sexto genialium nº. 10 sequit etiam Conanus dicto capite 6 nº. primo Petrus Gregorius Libro 11 sententiarum capite 9 nº. 2 Silvester in d §º. 1 instº. de patria potestate et ibi Cuiacius in notis posterioribus neque me contrariū movet Vlpianus in d l patre furioso nam recita interpretatione Accursij ibi quæ rem potius confundit quā explicat dicit verbum moribus exponit id est Jure civili ut ibi recte advertit Equinarius et aliā Ricardi in dicto

capite

capite tertio ad leges 12 tabularum qui patriam po
testatem ideo moribus ab Ulpiano tribui ait quod
ante leges Romuli ubi primum populus incerto Jure
agere incepit lege secunda in principio de origi
ne Juris recepta fuerit et alia Conani dicto libro
secundo comentariorum capite 13 que eadem cum superiori
videt ego vt Ulpiani sensum aperiam animaduerto
ex actis pulsis que e Roma regibus pariter leges
ab eis latas tribunitia lege exoluisse ut Pom
ponius ait in d l 2 §o. ex actis quam rogauit Caius
Terentinus Arsa Tribunus plebis ut existimat A
ntonius Gobeanus libro 1 uariarum capo. 21 Bellu
cius Tarquinius Colatinus qui primus consul cum
Bruto fuit ut putat Ludouicus Carondas libro pri
mo antiquitatum romanarum capo. 12 emendans d
legem 2a. et pro lege Tribunitia reponens Tarqui
nia Belucius Junius Brutus qui tribunus celerum
fuit ut placet Ludouicus Rusardo in notis ad dic
tam legem secundam postquam legem cum P. R. in
certo potius Jure et consuetudine ac moribus ma
gis quam perlatis legibus per uiginti prope annos gu
bernaretur ut Pomponius ait ubi supra patria
potestas ut et cetera alia que per leges regias
introducta fuerunt non tanquam scripta
sed tanquam a maioribus per manus accepta
et antiqua consuetudine obseruata a Roma
nis recepta fuit adeo ut quamuis postea legibus
duodecim tabularum comprehensa et renouata
fue

fuerit nihilominus Ulpianus moribus eam receptam dicere potuerit in dicta l. patre furioso quam sic ego noviter et singulariter interpretandam existimo et sic finitur ista antinomia ad laudem et gloriam omnipotentis Dei patris et filij et spiritus sancti a licenciato Solorzano Pereyra doc. anno 163 et a me Honorato Peres scripta in sal mantincensi academia

Cap. 4. de conciliatione tx. in principio de patria potestate et in l. 3 de. his qui sunt sui vel al. iur. l. fin ff eodem titulo

Patria potestas de cuius origine abunde superiori cap. disputavimus in eos tantum filios parentibus concedebat qui ex justis nuptijs procreati essent ut constat ex d. principio et ex d. l. 3 et ex §. si adversus inst. de nuptijs quo nomine sicut omnia pater et filius naturalia sint nulla que inter spurios et legitimos natura differentia faciat ubi agitur de reverentia aut affectione naturali l. tutelas ff de capitis minutione l. 3 ff de liberali causa l. parentes de in jus vocando l. Sed acusare 12 ff de acusationibus jus tamen civile eum dumtaxat filij loco reputavit qui ex vero matrimonio editus esset l. filium ff de statu hominum nam qui extra matrimonium fuisset procreatus patrem demonstrare non posse et matrem potius cuius quasi familiam sequi deffinivit l. cum legitimae l. vulgo l. lex naturae ff de statu hominum quas late exornat Paleotus in tractatu de notis et spurijs Fornerius lib. 2 sel.

Lectionũ cap.° 6 Mercerius Lib. 2 opinionũ cap.° 3 ac pro inde tales Liberos in patriã potestate constituti nõ potuerunt ut preter Jura s. alegata eleganter ostendit Boesius Lib. 2 in Lib. 2 Lopionũ Silraster Otomanus et novissimus Sanus in principio de patria potestate

Sed hec omnia subuerti videntur ex dificile Juris consulti responso in l fin. de his que sunt sui in quo cum in vitos naturales filios vel emãcipatos in patriã potestatẽ nõ redigi consultus respondit aperte ostendere videtur naturales patris potestati subesse nõ redigi in potestatẽ propriẽ significat in eã qua liberati sumus potestatẽ rursus reuerti Cuius lex dificultos tanta fuit aput auctores Antoniũ Fumeũ in tractatu de substitutiõnibus cap.° de pupilari ut ea motus defendi posse dixerit naturales tiõ Liberos patris potestati subesse Acursius v. verbum redigũtur proprie quo ad emãcipatos impropriẽ quo ad naturales accipiendum esse arbitratur quasi minus bene in potestatem redige dicantur qui in ea nũquã fuerint Jeanus autẽ Mercerius Lib. 2 opinionũ cap.° 7 primã eiusdem Acurlij expositionem probat magis ut Modestinus quamuis de naturalibus tantum mentionẽ faciat de legitimis tamẽ simul et naturalibus intelligatur qui ad diferentiã adoptiuorũ solent naturales tantum apellari ut constat ex l nuptijs nepotes § ff eodem tt.° de his qui ex principio ets.° feminẽ instu.° de actiõnibus ex s.to tam autem instu.° de inoficioso et ex lex de quo in hac materiã agimus dificili in l Lucius 43 ff de vulgari quã sic interpretãdum contendit Molinus in in 2. Lectione dolatia

Sed

Sed hec solutio reijcit a Cuiacio lib. 10 observationum cap. 23 et merito ea de causa non placet quod consultus in illis verbis vel emancipatis ad legitimos et naturales referendus videt nam si de ijs antea quoque locutus esset vix est ut intelligi possit quo modo absque emancipatione naturalis et legitimus filius fuerit a potestate liberatus quod cum considerasset Connanus lib. 2 comentariorum cap. 14 no. 3 arbitrat vulgari lectione retenta nullam idoneam sententiam ex illo lex elici possent quare ita loco illius particulae vel reponendam esse particulam semel ut ita legat initio filij naturales semel emancipatis etc.

Verum hec quoniam audasium merito reprehendit a Cuiacio l. qui tandem recte meo judicio arbitrat ex illum de filijs naturalibus tantum intelligendum esse naturalis autem non solum dici vulgo quesitos ut comunis existimat sed eos etiam qui in ~~potestate~~ servitute habiti sunt quos ideo naturales appellant quod inter servos legitime nuptiae consistere nequeant principio inst. de nuptijs et preterea in potestatem redigi dicunt licet in ea antea non fuerint quae verbum redigo non non tam aliquid in pristinum statum reverti quam de novo induci solet significare ut constat in terminis patriae potestatis de qua agimus ex l. si pater 15. et ex l. fin. C. de adoptionib. et ex tex. in l. 6. §. nepotes ff de heredib. insti. et ex l. 2 ff qui potiores cum alijs congestis a Brisonio de verbis Juris verbo redigere

Ad titulum de rerum divisione et utilitate Cap. primum

de concordia lex in §. 1 et sequentib. inst. de rerum divi. cum l. 2 et 4. ff eodem et l. fin. de usucapionib. cum l. siquisquam C. de diversis prescriptionib.

Natu.

Naturali Jure comunia omnium sunt aer aqua pro
fluens mare et per hoc litora maris et que in eis inveniu[ntur]
ut Marsianus ait in d l 2 na no ut testat[ur] Cesuro lib. d[e]
oficiorum ex preceptis naturalibus descendit ne quis horum reru[m]
usu impediat quod et Ovidius sentit Lib. 2 meta morfoseo[n]
dum inquit

Quid prohibetis aquas usus comunis aquarum est
nec solem proprium natura nec aera fecit
nec tenues undas ad publica munera veni

Unde merito quorundam imperatorum in moderato impedim[ento]
Cuiacio exsecrat Lib. 10 observationum cap. 7 qui pro aere
et pro umbra vectigalia a subditis exigebat et parricida m[u]
nus his elementis privat in l. unica Cod. de his qui parentes et
in §. alia alia insto. de publicis Judiciis quod Jus tam
injum fuerit illum muneribus privari qui naturam ipsam pate[r]
occidendo violaverit ut advertit Monticulus in d §. 1 n.º 5

Et quamvis Justinianus Marciano contrarius §. dic
tarum rerum quasdam publicas faciat easque a comunibus dis[cer]
nat et doctores differentias inter comunia et publica velint co[n]
siderare ut constat ex Juane relato ab Acurtio in §. Litorum
insto. de rerum divi[s]ione Vbesembeg[i]o in principio eodem
tt.º ego tamen probo magis Otomani Judicium in d §. 1 qui recte
contendit promisque apud Juris consultos quin imo et apud Jus
tinianum ipsum §. dictas res aut certe plerasque earum modo publi[cas]
modo comunes apellari ut constat ex d §. 1 Juncto §. flumin[a]
et §. Litorum et ex l. quod in litore 14 de adquirendo rerum
dominio et ex l. flumina 24 ff de dano infecto et ex l. 3 ff ne quid
in loco publico et manifeste dixit ex alegato Ovidij loco ubi
aqua[s]

aquas quarū usū comunē antea, sidix erat posta publica munera apellat

Ex quibus desedit ea quae comunia sunt publica sunt singulorū utilitatibus pateant in nullius particulari dominio esse posse neque per usū quātumvis longae possessionis ad quiri l. usucapionem g l. fin ff de usucapionib; 5o. sedalegnā domsla eodem. l. 6 tto. 25 pa. 6 Unde merito neque Jus piscandi in flumine publico et alterū prohibendi consedi solere Papinianus ait in d l. fin nā quēadmodū flumē ita et Jus piscandi comune ē d 5o. flumina l. injuriarū 13 5o. fin ff de injurijs l. vendi tor ff comunia prediorū

Sed in hoc Papiniano adversari videt Marcianus in d l. si quis quam de diversis et temp. prescrip. in quaeisdem prorsus ad Papiniani verbis scribit quod si quis in fluminis publici diverticulo solus pluribus anis piscatus sit Jus piscandi et alterū prohibendi non quaerit. Cuius tx difficultas adeo gravis visa fuit Matheo Oribaldo lib. 1 de ratione studi di cap. 16 Balduino in d 5o. flumina n.o 18 Curcio Burgensi lib. 1 coniecturarū ad fratrem cap. 14 ut existimaret negationē adidam in d l. si quisquā et ita legendū nō prohibet vel negatione adat tx. illū ut aperte Papiniano et Juris principijs repugnātem de pandectarū libris tolendam esse Coranus v. lib. 3 comentario iurum cap. 15 n.o 1 arbitrat dictā l. si quis quā nō marciali cui vulgo tribuit sed Papiniani esse et a Triboniano male a contextu d l. fin. seiunctam et separatam ei omnino fore coniungendam ne alias falso in ea docere videat verū ijstorū autorū audacia et temeritate merito reprehendit Jacobus Robertus lib. 1 recepte lectionis cap. qui v. proprius aese

accedere videtur qui docet Papinianus ut constat ex principio d. l.
fin. de eo loqui mediate longa possessione dominium loci
publici adquirere intendit Marcianus v. in l. si quisquam
de eo qui non loci ipsius sed usus loci et Jus piscandi et adversus
alterum qui eundem prohibeat excipiendi tum captare conatur ut
constat ex illis verbis eodem Jure

Sed haec interpretatio Roberti cui convenire videtur
alia quam tradit Ludovicus Carondas lib. 1 verosim. cap. 21
licet mihi sic solus passim recipiatur et ab Antonio Pichardo in d. §.
fluminum d. §. sed aliquando apud me tamen suspecta est cum quia
Jus piscandi in flumine publico eodem quo flumen ipsum Jure
censetur ut in d. §. fluminum cum etiam quia licet ex in d. l. in prin
cipio de obtentione loci publici locutus fuerit postea tamen in ver
siculo vel si quis mutato coetu de Jure piscandi loquitur et eisdem
propriis verbis utitur quibus Marcianus in d. l. si quisquam. Unde
sine demonstratione s. dicta distinctio inter haec Jura admitti non
potest. Rursus quia si remo diligenter in his animum reperiemus
in Papiniani in d. l. fin. in principio de eo etiam tractare qui non
dominium loci publici sed usum et Jus alterum prohibendi praetendebat
ut constat ex illis verbis datam exceptionem opponat et ex illis prae
scriptio longae possessionis Junctis illis quae tradit Brissonius et alii
verbo praescribere et Salvadorius 1. lib. cotidianarum cap. 1 qui
late ostendunt praescriptionem nihil aliud esse quam exceptionem longae
possessionis

Unde his solutionibus vere constituendum est eum qui
semel quaesitum longa possessione Jus et exercitium piscandi illud deinde
non utendo amisit nulla actione sive exceptione id tempore
posse quia postquam viderint et piscari in flumine cessat locus
ad

ad causã publicam redit et rursus occupanti fit Juxta l.
quod in litore eq de adquirendo rerũ dominio l. in tantũ
6 ff soc tit. de rerũ divisione quo in casu ad piscandũ esse
Papinianũ in d l fin exemplum. litoris quod ante tradiderat
manifeste denotat negat contrarium probat Marcianus in
d l si quisquã nam cum idem in d l. in tantũ quæ ex eodẽ
libro sumpta ẽ de edificio in litore posito et postea destructo
idem ac Papinianus senserit probabile ẽ verba d l si quisquã
statim subtexisse quæ pariter coniuncta eandem cum
Papiniano decisionem constituerent a Triboniano autem male
divisa sas tenebras pepererunt ut docte considerat Duare
nus et Equinarius in d l. tantũ et Cuiacius in d l fin. quorũ
Judiciũ si cui minus probetur poterit oblimen d l si quisquã
de eo intelligere qui et pluribus retro annis piscatus erat et
cadum in actu et possessione piscandi nõ interrupta morabat.
hic enim propter naturalem et permissum Juris [illegible]
hunc enim propter naturalem et permissum Juris [illegible] tituere
patio nem loci alios prohibere poterit quam interpreta
tionem ex Juane refert et probat Aursius in dictis Juribus
Bart. in l quominus n.o 30 Jason 99 Ripa 101 ff de flu
minibus Sepola de servitutibus rusticorũ cap. 42 n.o 4 Deinus
concilio 271 n.o 11 Suares aligatione 16 et 17 Coltanus quæ
tionũ Juris cap. 17 n.o 36 Cuiacius et Gotofredus in d l
fin Salius in 2a parte antinomiarum Straimanus antino
mia 34 Crauetta de antiquitate temporis 4a parte cap. 5 n.o 80
Auendanus de exequendis mãdatis cap. 12 n.o 16 Couarruuias
in regula peccatum §o 8 n.o 10 qui omnes late pertractat
an ius piscandi possessio facti et actualis esse debeat an vero quasi
possessio a legitima Juris constituat et quo tempore et.
quibus

quibus actibus intervenientibus Jus aliorum prohibendi posse adquiri et docent Justissimam esse Legem primam 2ae. etiam mihi titulo 8 Lib. 7 recopilationis que propter bonum publicum certis casibus et temporibus venationem aut piscationem prohibent et etiam ostendunt pacto aut privilegijs Principum posse venandi et piscandi prohibitionem induci Juxta l venditor 13 ff communia prediorum et glosam receptam in d l si quisquam et in l sane si maris in principio ff de injurijs de quibus etiam videndus Franciscus Soarecius de publica venatione ex n.o 36 Soto Libro 4 de Justitia et Jure questione 6 articulo 5 Andreas Gail practicarum observationum Libro 2 observatione 68 et sequentibus

Cap. 2 de conciliatione legis 2e. quarte et similium hoc titulo cum L. 3. ff ne quid in loco publico

Litus maris hoc est quousque maximo fluctus hibernus a mari provenit l. litus 96 et 112 ff de verborum significatione inde dictum quod fluctus eludit teste Gallo Aquilio qui refert Quintilianus Libro 5 cap.o ultimo item etiam et portus qui rerum prendarum navium grata in mari sunt l portus 59 ff de verborum significatione publicos sive comunes esse quemadmodum et mare ipsum aperte constat ex d l 2 et 4 in fine ex 5.o et quidem et 5.o litora instit. eodem ex l quod in litore 14 de adquirendo rerum dominio ex l in in Juriarum 13. 5.o fin ff de injurijs et ex l 8 titulo 28 p.a 3. unde Cicero in topicis litora in questionem ea publica esse vultis et Virgilius 1.o eneidos non sine injuria arceri nos a litoribus posse eleganter his verbis ostendit

Quod

Quod genus hoc hominu quae re hunc tā barbara
Admittit patria ospitio prohibemur arenę
Bella sciunt primas quę vetant consistere terra
Quo fit ut dificile quod videat Selsi responsū in d l 3 ff ne
quid in loco publico ubi litora amare distinguit dicens maris
usum ut aeris comune omnibus hominibus esse litora autem
populi Romani et eius imperio subiecta sed est verissima
in hac dificultate Acurtij interpretatio ibidem verbo ar
bitror quam sunt secuti postanti quo res Valdui nus et Obessembig-
bilor in d §o et quidem ut licet mare et litora omnium
usibus co(m)mun(ia) pateant populus tamen Romanus quo ad im- * comunia
perium seu Jurisdictionem litorum modo minus a Selso apellet(ur) cogno
ille legem modū quae imponere potest quatenus hijs sit utendum
et cavere ne quilibet pro suo arbitrio et cū damno reipublicę eorū
usū sibi in uicet quo etiā sepe Romanus princeps mundi dominus
apellat(ur) et omnia eius esse dicit(ur) in l deprecatio ff ad l Rodiam
in l 3 §o 1 C de quadrienij prescriptione ut ultra plures autores
quos refert Alfonus coletanea 4 Couaruuias 3 variarū cap(itul)o 6
no 8 eleganter ostendit Seneca libro 7 de beneficijs in hec verba
Sesar omnia habet fiscus eius privata tantū sua et universa
in imperio eius sunt in patrimonio propria verū licet hęc ita
sint od ą tamen apud varios gentes et naciones neque litorum
neque portum imo neque navigandi liber usus conceditur quod
pretenderit inmemoriale prescriptione taliū rerū dominium
et Jurisdictionem ad quirisse quę prescriptio an valeat et an Jus
hec nitro dari potuerit tradit Bart. in l iniuriarū de iniurijs hepo
la de servitutibus rusticorum cap(itul)o 26 Menchaca libro 20 questionū
illustriū cap(itul)o 89 Angelus matteacius libro 1 de via et ratione Juris
cap(itul)o 36

Cap

Caput 3. de conciliatione legis 3.e §.o finali ff. ad L. Juliam peculatus cum lege ob pecuniam 83 ff. de furtis

Publicę res Jure civili ## ille esse censentur quę ad totius populi sive civitatis usum et utilitatem expectant ut constat ex l 1 §.o quarum et ex l 6 §.o universitatis ff hoc tit.o ex §.o universitatis inst.a eod.e et ex l 9 tit.o 28 p.a 3 quamvis Ulpianus in l inter publica 17 ff. de verborum sign.e publica ea apellari tradat non quę publicis usibus sunt destinata sed si qua sunt civitatum s. bona pecunię servi et pecunia servorum civitatum et his similia quę res licet ad omnes communiter pertineant nullius tamen in bonis esse creduntur ut tradunt consulti in d §.o quarum item d §.o universitatis et in l 2 ff ne quid in loco publico in l statuas ff de adquirendo rerum dominio [illegible] aliis non suus adque in vulgo quęsito filio contingit qui cum omnium sit patrem tamen non habet ut illo vulgari versu denotat cui pater et populus non habet ille patrem quem notat in proposito Connanus lib 3 comentariorum cap.e 2 n.o 7 unde nec quod universitate debet singulus debent nec quod universitas debet singuli debent l si ut §.o si quid ff quod cuiusque universitatis ubi optime notat Castrensis et alii pro debito universitatis personas singulares capi non posse quod et agnovit Seneca libro 1 de beneficiis cuius elegantissima verba refert Balduinus in d §.o universitatis n.o 7

Quę cum ita sint et furtum non comittatur nisi adsit aliquis rei dominus cui fiat ut constat ex Sabini deffinitione quam refert Egerius libro 11 noctium aticarum cap.e fin et ex l falsus 44 §.o qui alienum ff de furtis et ex l 1 §.o Scevola ff si quis test.o lib et esse. merito dixisse videtur Marcianus in l 4 §.o fin ff ad

L

l. Julia peculatus res civitatis surrepta peculatus crimine
comitti cuiusque fuerit pena colligitur ex l. 3. illo tt.o

Sed stat contra Papinianum autoritas in d. l.
ob pecuniam 83 de furtis in qua adeo apertis verbis ob pecu
niam civitatis ut tractat actionem furti non crimen pecu
latus locum habere scripsit ut nesciat qua de causa Anto
nius Agustinus libro 1 emendationum cap. 3 sibi persuaserit
has duas leges minime non pugnare et diversa potius quam
adversa docere quare Alciatus difficultatem agnoscens
adeo eius vi premitur ut libro 1 disputationum cap. 3 et 4
tentaverit negationem alteram addendam esse in d. l. ob pecuniam
ut sic affirmativa eius sententia remaneat et in hunc modum
legat actionem furti nec non crimine peculatus tenet quam
tamen lectionem licet se in manu scripto codice reperisse testa
tur Alciatus ex florentinis et aliis probatae fidei libris con
vincit Augustinus s. et Joannes Robertus lib. 2 receptae lec
tionis cap. 2 Duarenus lib. 2 disputationum cap. 26 et Cuia
cius in recitationibus postumis ad Papinianum in d. l. ob pecunia

Sed neque admitti potest alia solutio Ricardi
lib. 2 variorum cap. 19 qui ad modum miste mixi subtrahen
si ut tale pecunia et surripere de re civitatis de crimine constitu
ebat ut subtrahens actione furti surripiens peculatus cri
mine teneat argumento l. fin. §.o imperator ff de ad minis
tratione rerum hoc enim est contra l. 1. et 2. et 5. ff de pecu
latu ubi tam surripiens quam intercipiens et retinens sive
fraudans pecuniam civitatis l. Julia peculatus velle ren
dunt teneri. Rursus neque magis admitti potest alia solutio
Petri fabri qui libro 1 semestrium cap. 22 preter omnium mihi

respo

respondet olim ut pro pecunia ita etiam et pro rebus civitatis surreptis actionem furti competere postea tamen Divorum principum constitutionibus de quibus in d. l. 4 §o fin. crimen peculatus quod solum in rebus sacris religiosis et publicis populi Romani locum habebat ut constat ex d. l. 1 illo tt. et statim dicemus ad res cujusque civitatis vel municipij pertractum et ex tempore jussio non vero ad pecunias eo quod res quaecumque civitatum dicuntur quodammodo juris censeri debere verum fuerit pecunias humani potius ac propemodum privati atque ideo non sine mysterio Papinianum dum furti actionem concedit de pecunia Marcianum vero dum crimen peculatus de re civitatis loquitur. Verum haec expositio et violenta est et divinando praesupponit constitutiones Principum de rebus non de pecunijs statuisse nam et si dictus §us finalis de re loquatur rei tamen verbum generale est ut et pecuniae et unum alterum sub se comprehendit et utrumque latissimam habet significationem l. 4. 5. 6. et 23 de verborum signif. l. 1 ff si certum petat adeo ut potuerit dicere Ausonius imperium rerum et nummos lites cur una notet res +

+ Quare receptior est Acurtij solutio quam communiter probari testatur Alciatus §. et ultra antiquiores sequuntur Gregorius Lopes in l. 14 tt. 14 p. 7 verbo <u>de alguna ciudad o villa</u> Straimanus antinomia 8 Petrus Gregorius libro 32 syntagmatis cap. 19 n. 1 qui in d. juribus afirmat civitatis Romanae pecunia subtracta peculatus crimen committi sed quae accipiendum esse d. §u fin alterius vero civitatis furti crimen munifurem teneri ut in d. l. 06 pecuniam pro qua solutione ego perpendo hoc non vulgare

in

in l. sed si 31 in fine ff de furtis ubi pro rebus publicis alicuius municipii subtractis Ulpianus furti actionem expresse concedit et quae huius differentiae ratio quod solius civitatis Romanae res Juris publici esse censebant et ita in his solis peculatus crimini locum habebat quod non ita in reliquis civitatibus inductum fuit quae privatorum loco censebant ut constat ex l. bona 15 cum l. sequenti de verborum significatione. Et ex his quae ultra Alciatum Cuiacium ibi late tradit Fornerius Libro 2 selectionum cap. 22 et ita qui res earum expillassent vel surripuissent furti tanquam pro re privati tenebant

Verum haec Accursii et communis solutio male habet ex eo quod verbum civitas simpliciter in dictis Juribus positum non potest sine divinatione diverse in uno atque in alio accipi et praeterea ex eo quod si d. §. fin de re civitatis Romanae surrepta ut Accursius praesupponit loqueretur non erat necesse tale furtum principum constitutionibus actione peculatus vindicari quod ipsa met lex Julia peculatus abunde vindicatum esset ut constat ex d. l. 1 et 3. relatis ex his quae ultra autores qui de legibus Romanis scripserunt tradit Brisonius verbo peculatus Joannes Rosinus Libro 8 antiquitatum Romanarum cap. 28

Unde in tanta difficultate tandem magis probandum erit utrumque tx. de re sive pecunia cuiuscunque civitati surrepta intelligendum esse quod furtum licet l. peculatus quae de publicis populi Romani rebus tantum loquebatur antea non vindicaret postea tamen constitutionibus Principum lex Julia ad hunc etiam casum extensa fuit sicut

et

et in eodem tito ex quibus causis maioris contingit quod in civitate de
Romana tantum loqueret fuit postea ex constitutionibus
ad quascumque alias civitates et municipia productum ut
constat ex l. legatis 8 juncta l. 1. ff ex quibus causis maio
res juxta quem respondendum est Papinianum ad jus commune
et ipsam l. peculatus respexisse Marcianum v. in d. § fin
ut ex eo apparet 2us principum constitutionibus respondisse
quam interpretationem primus scripsit Duarenus in d. cap.
26 eumque secuti Cuiacius et Fortunius ubi s. Brosseus in
notis ad d. l. ob pecuniam Everardus antinomiarum centuria
9 cap. 36 quem si alium minus probet aut fatendum erit
jura inter se pugnare aut nova ad mentem Roberti d.
no. 12 tentari poterit d. l. ob pecuniam non de pecunia publica
non de pecunia publica civitatis sed de pecunia privati
quae cum in aede sacra vel publica civitatis deposita
esset et prout fieri solere moris erat ut constat ex l. si ras
73 ff de procuratoribus et congestis a Revardo lib. 1 vari
orum cap. 15 si surrepta fuisset actio ordinaria furti cum
privata esset competebat quod quamquam non leviter inter
ICos controversum fuerit ut colligitur ex traditis a Cuiacio
lib. 13 observationum cap. 19 Valduino in 5o ad l. Juliam
peculatus instituti de publicis judiciis ab imperatoribus tamen
expresse decisum fuit ut constant ex l. diem § ff de peculatu
et in hoc casu loqui d. l. ob pecuniam inde intelligi potest
quod non pecuniam civitatis sed civitati subtractam esse do
cuerit

Ordo vero qui de rebus fiscalibus sacris aut publicis
civis vel quae civitatis dum eius administrator esset vel quo cum
que

que alio modo furatus fuerit qualiter puniat colliges ex l 8 ff. 9 p. et ex l 12. 15. et 18 ff. la eadē parti tit. ubi Gregorius et Anitesius in capitibus predictorū cap. 45 et 49 Egidius Bossius in praxi tit. de l Julia peculatus Ubesenbegnius et Oynotomo in d §. item Lex Julia peculatus

Caput 4 de conciliatione §. tesauros inst. de rerum divisione cū l 3 §. in locis ff de Jure fisci

Cum sacra aut religiosa loca nullius esse censeant ut abunde in superiori cap. demonstravimus merito et que in eis inveniunt tesauri quasi divinitus oblati inventori in solidū cedunt ut Justinianus in §. tesauros inst. hoc tit. nō secus ad que ex naturali ratione que in locis comunibus inveniunt occupantis fiunt l 3 hoc tit. §. item lapilli inst. eodē l 5 tit. 28 p. 3 tesaurus autē licet improprie pro pecunia custodie causa recondita aliquādo accipiat l peregre 44 de adquirenda possess. l item labeo 43 ff fam. erciscunde l tesaurus 15 ff ad exibendū cū aliis que ex Plauto et Ausonio tradit Forcatulus dialogo 56 n. 4 proprie tamē mobilia significat a ignotis dominis vetustiori tempore abscondita ut ait imperator Leo in l unica C de tesauris libro 10 vel veterem quādam depositionē pecunie cuius nō extat memoria ut iam dominum nō habeat ut inquit Paulus in l nunquā 31 §. 1 de adquirendo rerū dominio cui convenit tx in l a tutore ff de rei vendic. et in l si is qui 63 §. 1 de adquirendo rerū dominio ubi tesaurus fortune donū apellat

Sed in eandem spetiē graviter obstat tx. in l 3 §. 11

in Locis ff de Jure fisci ubi Calistratus ex Divorum fratrum cons titutione refert mediam partem tesauri in locis religiosis vel monumentis inventi fisco vindicandam non secus ad quem si in fiscalibus locis vel publicis aut in Sesaris pos tione repertus fuisset

Quam dificultatem cum varie disolvere tentaverit glosa utrobique tandem concludit unum lex. 2us. Juris civilis rigorem alterum 2us. naturalem equitatem acipiendum vel fatendum esse in d § tesauros antiquam Juris corectionem continere. Cui solutioni antiquiores omnes consenciunt et post Cuvarruviam Juanes Gracianum et alios quos refert probat Picardo in d § tesauros et sequitur Alciatus lib. 1. parergon cap. 1 in fine Antonius Agustinus libro 1. emendationum cap. 3 a quibus non longe defert Cuiacius libro 1 emendationum cap. 31 circa finem et in l 3 ff de testis et novissime in recitationibus postumis ad titulum de Jure fisci existimans in hoc aut in alisque que ad fisci comoda augenda pertinebant varias fuisse Romanorum imperatorum opiniones at Divos fratres fisco facultatem dimidium tesauri in religioso loco inventi tribuisse quorum constitutionem postea ~~renovabit~~ renovavit Federicus in cap. 1 que sint regalia in usibus feudorum Adrianum v. et Justinianum Dei et fortune domum tali in casu inventori non in medio se integrum ei reservasse Rati de eum aliquando pietate nominum integre vite sui beneficiis remunerari ut colligit ex d l unica ubi Dei beneficium et ex l fin de tesauris in C et Siodoriani ibi ; cadente Deo

Sed hec solutio admiti non debet cum Juris corectionem

nem sui pugnā inducat neque alia Duareni in l. divortio §. si fundū ff soluto matrimonio existimātis in d. §. tesauros non Juris dispōnem sed Historiām narrationem contineri neque alia Soaneti et Fornerij qui s. dictorū Jurium literam mutat quos bene repr ehendit Robertus libro 1. recepte lectiōnis cap. 5 quare si hae Jurae pugnantiā non sunt ita demū in concor diām reduci possunt si dicamus tx in d §. tesauros in locis religiosis possidere hoc ē illis in quibus quis pro priū seu familiare sepulcrū habet de quibus loquit tx. in d §. religiosi et in s[...] hoc tt. in l. 4. 5 et 6 cū aliis ff de religiosis ibi enim inventus tesaurus tan quam in loco nullius repertus inventori in solidum cedit secus v.° ē ubi in locis sacris vel religiosis publicis veluti ecclesiis Basilicis aut sepulturis pauperū reperit tesaurus ut in d §. si in locis tunc enim pro dimidia fisco aplicat eo quod huiusmodi locorū Jus et cura quod amodo ad Principem expectet l. 1 et ultima ff ne quid in loco sacro quam solutionē recipit Conanus lib 3 commentariorū cap. 9 et eo nō relato sequit Otomanus Valduinus et Vbesembequius in d §. tesauros Carondas primo vero simillium cap. 21 Roburtus primo recep te lectiōnis cap. 5

Odie tamē tesauri quocūque modo inventi Regibus adquirūt ut tradit novissime Reinerus Sixtinus in tractatu de regalibus cap. fin ex ratiōne tradita a Cassi adoro libro 6 variarū epistola 8 et ex nostris legibus solū 4.° sive 5.° eorū pars inventori defert quam sibi

si

si dominus loci sit in solidum querit sin minus cum domino pro dimidia partit ut constat ex l 7 tº 12 Libro 6 ordinamenti que e lex 1 tº 13 lib. 6 recopilationis adque[?] e videndus Couarruuias in regula peccatum 3º parte 5º fin et de tesauris inuentis in feudo dotali emphiteutico vel maioratus Molina libro 1 cap. 23 Antonius Gomes in l 45 tauri nº 51 Aluarus Valascus de Jure emphiteutico questione 5 Barbosa in d l diuortium 5º si fundum

Ad titulum de magistratuu Romanoru ofiiis et Jurisdictione

Caput 1. de conciliatione l. Senatoris 5 ff de senatoribus cum l si Senator 11 C. de senatoribus Libro 12

Senatores a Romulo primum ad rei publicae curam et gubernationem electos quibus genus nobile corpus annis infirmum ingenium sapientia inualidum erat eoque propter etatem Senatores propter curae et honoris similitudinem patres apellatos et inde is varcalo tamen eorum eligendorum ordine aliis adque aliis priuilegiis et honoribus auctos late ex libio Dionisio Salustio et aliis tradit Alexander ab Alexandro libro 4 dierum genialium cap. Carolus Sigonius de antiquo Jure Romanorum lib. 1 cap. 2 Joanes Rosinus lib. 7 antiquitatum cap. 5 nam et ab omnibus oneribus sordidis que et extraordinariis muneribus erant inmunes l senatores l nemo C de dignitatibus Libro 12 et non solum nobiles virum et ilustres quin imo et ut multis placuit super ilustres apellabantur ut constat ex late traditis a Menoquio de arbitrariis [illegible] cap.

68 ex n.º 20 eorũ que liberi patricij dicti sunt ut ait Alex
ander ubi §. et Fornerius libro 1 selectionũ cap.º 12
quod nomẽ apud Romanos eximię nobilitatis fuisse
late ostendit Rosinus lib. 1 antiquitatũ cap.º 15 Bri
sonius Pratius et alij de verbis Juris verbo patricius gaud
ebant que parentũ oneribus et dignitate ut constat ex l 6
et 7 in fine et ex l filiũ 9 ff eoc t.º de senatoribus ex l
exemplũ 36 C de decurionibus lib 10 cũ alijs late con
gestis a Covarruvias libro 2 questionũ cap.º 11. Unde merito
dubitatum fuit an filij a privato aliquo vel plebeio su
scepti qui postea ad dignitatem senatoriam pervenit ple
bei iudicandi essent an patricij et tanquã senatoris filij
reputandi et in hac questione Ulpianus in l senatoris 5 ff
de senatoribus nihil interesse ait tam in senatoria digni
tate constitutus quis filium susceperit an ante dignitatẽ
senatoriã cui favet tx. in l moris §.º sed utrũ ff de pęnis
in l 2 §.º in filijs ff de decurionibus in l cũ advocatio ibi
liberis quandocũque genitis C de advocatis diversorũ Ju
diciorum in l neque Dorotheũ ibi etsi ante paternos illustris
dignitatis C de decurionibus lib. 10.

Sed in eadem specie contrariũ docere videtur tx in
l si senator 11 C de dignitatibus libro 12 in qua 2.us com
une omniũ sententia imperator constituit tam filios quam
filias a senatore vel alio clarissimo antequã sui peret
dignitatẽ procreatos privatos iudicari eosque demumquã
patre iam senatore vel clarissimo suscepti fuerint in clarissi
matus dignitate mansuros cui dispositioni illud adstipulat
quod generale sit ut filij eam parentũ dignitatem aut co
di

ditionem sequatur quae tempore nativitatis aut conceptionis
erat non quae postea contigerit ut constat ex singulari lex
in l. 2 cum similibus C. de libertis et eorum liberis quod quae in
simili filios ante dum conatum natos non gaudere privi
legiis dignitatis paternae constitutum est in l. si quis decurio
55 in l. decretis 63 cum sequentibus C. de decurionibus lib. 10
cum multis aliis congestis a Tiraquelo de primogeniis q. 31
n.o 3 quorum Jurium argumento Bartolus Platea Rebuffus
et alii in d. l. si senator post glosam in l. imperialem §.
illud si verbo nati sunt C. de nuptiis docent filium post adeptum
Regnum vel maioratum progenitum eis in successione praeferen
dum qui antea editi essent quam quaestionem latissime ad
utramque partem examinat Tiraquelus d. q. 31 Otoman
nus quaestionum illustrium cap. 2 Suarez Aut paris Libro 2
Judicarum epistola 2 Antonius Gomezius et alii relati
a Molina libro 3 de primogeniis cap. 1 n.o 3 qui tamen
adversus Bartolum contrariam sententiam magis probant
in quam etiam inclinant plurimi autores quos refert Senedo
in colectanea 15 ad decretales n.o 6 qui alias similes quaes
tiones examinant inter quas illa est admodum frequens an
filii nati ante privilegium nobilitatis vulgo de idalgia
patri concessum eo fruantur et non fruii tenuerunt Otalora
Gregorius Covarruvias et alii quos refert novissime Sanc
Ollos practicarum comunium q. 655 n. 22 pro quibus stat Regia
lex 1 in fine tit. 1 libro 6 recopilationis et item illa an
filiis iam natis crimen lesae maiestatis divinae et humanae
aparente commissum praejudicet de qua post Covarruviam 2.
variarum cap. 8 videndi sunt autores quos refert Senedo in
cole

collectanea 28 ad sextum et Sauallos d q.ne 653 per totam

Verum ut his relictis res ad institutum nostrum redeamus in S. dictorum Jurium antinomia sive difficultate resolvenda varie torquentur interpretes e(t) sunt qui putent d l. senatoris abrogatam esse per constitutionem d l. si senator ut constat ex Otomano d q.ne 2 post medium alii v. d. l senatoris largo modo et in materia favorabili procedere docent alii cum qui ante dignitatem nascitur quoad onera et subiectionem filium senatoris esse dicunt licet oneribus et dignitatibus hi soli qui postea nascuntur fruantur et ideo lligit ex relatis a Tiraquello ubi S. n. 7 et 19 quae tamen solutiones adeo sunt futiles ut confutari non debeant sed neque magis probari possunt aliae quas tradit Azur tius utrobique neque alia Jacobi Robusti in d l si senator qui d l senatoris in filio adoptivo loqui arbitratur qui cum de facili possit olim nunc esse filius reipublicae fuit ut sive ante sive post dignitatem senatoriam adoptaret privilegiis dignitatis gaudere neque alia Julii Pacii qui centuria 1. antinomiarum antinomia 39 natum ante dignitatem senatoris quidem filium esse docet non tamen ex senatore genitum et inter hos dis crimen constituit arguto l filius 25 ff de militari test.

Unde his relictis ego licet non ignorem an quaestionem an quibus filiis concedant privilegia parentibus data certa regula definiri non posse propter diversas quae hac in re extant constitutiones ut apparet ex S. relatis et ex multis quae congerit Fonsenaeus libro 2 quaestionum cap. 11 et 12 observo tamen benignius esse ut senatorum filiis quandoque su-

suscepti paternę dignitatis privilegia tribuant neque contrarium probat in d. l. si senator enim litera et si adeo obscura sit et confusa sit ut vix intelligi possit et ab aliquibus dempta dictione, sc. ita legatur senator esse cognosco alios incepta oratio que referat non habeat in hunc tamen modum explicanda et ordinanda est cum Duareno ad hunc titulum de senatoribus cap. 2 et libro 2 disputationum cap. 29 ut imperator ibi doceat quod si senator privatos susceperit filios nempe editos ante senatoriam dignitatem quamvis non videant esse clarissimi tamen quia dudum est paternos honores filiis inviderе inter clarissimos sive masculi sint sive feminę reputentur a senatore vel alio clarissimo suscepti fuerint in quem etiam sensum d. l. accursius ibidem neque refragatur quod 2ª ea in versiculo fin. legi deberet (cum tamen non inveniatur) quo argumento solo superiorem expositionem rejicit Otomanus. Nam ut Duarenus advertit non esse novum ut intercepta parenthesis orationem turbet efficiat ut posteriora prioribus non respondeant

Caput 2um de conciliatione l. emancipatus 7 in fine ff de senatoribus cum l. Divo Marco 11. C de questionibus

Inter reliqua privilegia que senatoribus et aliis clarissimis viris tribuebant illud erat precipuum ne per tormenta ab eis excepta falsi et lesę majestatis crimine questio haberet ne vi illi infamię pęnę subjicerentur ut constat ex l. secunda 10 C de dignitatibus lib. 12 l. decurionis 16 cum sequentibus C de questionibus l. si quis decurio 21 C de falsis l. moris 9 § 1 sed enim ff de pœnis et ex Am-

Amiano Marcellino libro 28 rerum gestarum ibi ne quis alior
quisquam in dignitate et illicito more tormentis exponeret nō
etiam Jura omnes a Senatorio ordine removeri jubet in
l. 5 et 8 C de dignitatibus et ipsa ratione indignatio quae ad
molestos tormentis fit nō solum a tanta dignitate alieno esse
debuit verum et omnino a quolibet statu a vera Chris
tiana religione et pietate exulare cū per eam interdum
multi ignocentes plectantur et nocentes multi quia ad tor
menta obdurescunt impuniti evadunt ut recte considera
vit Cicero pro Publio Silla Valerius Maximus lib. 8
cap. 4 Quintilianus libro 5 institutionum cap. 4 et multa
in tormentorum detestationem adversus Divus Augustinus et
Ludovicus Vives relati a Covarruvias in cap. 23 practicarum
nū 5 et Corasius memorabilium senatus consultorum senten
tia 1 cap. 58 Petrus Gregorius libro 48 syntagmatis cap. 12
ex nū 5 hoc autem privilegium nō solum in dictis personis verum
eorum quoque liberis usque ad pronepotes concedebatur, si mo
do interiecta patris aut avi persona flagitiosae vitae in
famia ac turpitudine privilegium dignitatis nō amitti
ut ubi expresse traditur in l. Divo Marco 11 C de quaestio
nibus cui convenit lex 2 tit. 30 p. 7 ibi nin a los fijos de estos
siendo los hijos de buena fama

In quo tamen articulo graviter in contrarium
urget Ulpiani responsum in l. emancipatum 7 § fin. ff.
de senatoribus in quo ad hoc ut nepos dignitate et pri
vilegiis senatoris fruatur mediam patris personam nō
esse in consideratione ait neque eius casu filium nocere
quominus avita dignitate fruatur quod idem probat
l. x in

tx in l 2 versiculo in anno ff de decurionibus Juxta interpretationẽ Cuiacij libro 20 observationũ cap.º 29 et in simili tx in l adoptivum 8 §º fin ff de in Jus vocando in l filiam 9 ff Soc. ttº de senatoribus in l divi fratres 17 ff de Jure patronatus et eleganter ostendit Alciatus in l 5 de interdictis et relegatis dũ generaliter docet ex patris delicto et suum amittere filios quũ ab ipso patre desidunt quã vero nõ a patre sed a genere a simi tali a rerũ natura tribuerent ea manere eis in columnia quorũ Jurium arguto tale docet Joannes Garcia de nobilitate glosa 6 ex nº 93 post Jiraguelũ in eodem tractatu cap. 35 eis qui sint idalgos de solar y de sangre patris factũ aut negligentiã nõ prejudicare quo minus nobilitate sua fruatur pro qua sententia facit etiam elegans tx in l c C de liberali causa ibi sed quia factũ tuũ filius obesse nõ debet et celebris doctrina glosa communiter recepte in d l emancipatũ in fine qui ait quod licet filius ex persona sua debeat amittere feudum nepos tamẽ illud ex persona sui avi retinebit quod in Hispaniæ maioratibus tale etiam probat Molina libro 4 de primogenijs cap.º 11 ex nº 9 et conducit l ex crimine paternũ ff de penis l in fº nullius patris ff de decurionibus.

Ex quibus omnibus liquet quã gravis inter D. dicta Jura antinomia cotabat quia nisi ve torqueri doctores testat. Equinarius in d l emancipatũ et Duarenus in ttº de senatoribus in simili casu contentus insolutã reliquit et Fornerius 2º selectorum cap. 12

Alca

Academicis in utramq partem hanc questionem defendi posse docet et Cujacius d. cap. 39 et novissime in recitationibus postumis ad tit. C de questionibus viri tamen aiunt esse omnia quæ ad hunc nodum dissolvendum doctores adduunt Accursius autem cum multa utrobique variando tradiderat tandem existimat d. l. emancipatum in nepoti accipiendam qui non ex patris sed ex avi personam dignitatem pretendit qui si uno avo natus fuerit ita ante eius conceptionem patre senatu moto per avum dignitas retinebit quod secus contingit ubi extincto avo nascit tunc enim magis est ut indignitas patris illi noceat ut in d. l. Divo Marco quam solutionem et si Bart. Bald. Salicetus et antiquiores ubique probent et Petrus Costalius in notis ad d. l. emancipatum expendat pro eorum legem Filius ff de suis et legitimis eam si militibus ego tamen ut divinatoriam et spiritu rationis carentem reijciendam puto

Unde vero videt alia solutio quam post Cujacium et Brainum tradit Fornerius libro 2 selectionum cap. 20 et prestitit Duarenus in tit. C de questionibus cap. 2 quæ lex in d. l. emancipatum ut ex eius epigraphe constat de lege Julia et Papia accipiendam putant in cuius quodam capite quod de maritandis ordinibus statuebat cum senatoribus eorumque liberis libertinas et alias inferioris conditionis mulieres uxores ducere interdictum esse ut constat ex l. lege 23 et q. l. si quis 27 l. si senatori 31 l. palam 48 ff de ritu nuptiarum l. imperialis et l. fin. C de nuptiis cum late adductis a Brissonio de

de Iure connubiorũ pagina 9 Iusto Lipsio in notis ad Tacitũ libro 3 analium pagina mihi 131 recte dici re potuit Vlpianus nepotem senatoris etiã si eius pater notatus fuisset adhuc tamẽ supra dictis nuptijs prohiberi et verbis legis quę generaliter de liberis loquebant comprehendi quod tamẽ secus in eo tractatu contingit quo de pęnis et quęstionibus remittendis agit tunc enim imperatoribus propter comune bonũ placuit restrictius aequi et privilegijs hac in parte senatoribus cõcessis eos tantũ liberos uti quorũ parentes illesam existimatiõnẽ suã conservassent

Verũ ego licet nõ nisi cuer d l emãcipatum ex tractatu legis Iulię et Papiẽ desũta adhuc tamẽ superiori interpretatiõni nõ aquiesco quod videam Vlpianum ibi nõ tam de nuptiarũ prohibitiõne loqui quã de honoribus et commodis in liberos a parentũ dignitate derivãdis vt constat ex illis verbis obsit et prosit requis quã in pęnarũ etiam et tormẽtorũ tractatione statuendum videt paterna notã filiũ nõ maculari ut aparet ex d l 2 versiculo in ano cũ d. dicti interpretes non respõdent

Quam interim dũ meliora attulerint alij probo antiquiorũ quorũdam interpretatiõnẽ quã h. loco scripsit glosa in dictis Iuribus qui legem emãcipatum in illis privilegijs accipiunt quę ad honorem et dignitatẽ senatoribus et eorũ liberis concedũt hec enim nepos propter casũ patris nequaquã amittit d l vero legem Divo Marco in ijs qui ad pęnas et tormẽta vitanda expectabant quę placuit mediũ personę vilio et infamia perire

re impunitatis spe auitae freti gloria si qui ex senatoribus trahebant originem confidentius peccarent et delinquendi delicta quae sine supplicio relinquendi occasio praestaret, quod maxime leges aborrent l. communi § de poenis de talibus l. ita vulneratus §. in fine ff. ad l. Aquiliam cum aliis adiectis a glossa ibi et a Petro Gregorio libro 33 sintagmatum cap. 1 neque huic interpretationi oberit tex. in d. §. in ano nam et si Cuiacius ubi s. post Accursium existimauerit Ulpianum ibi casum proponere in quo nota patris filiis eius non praeiudicat quominus ex persona aui illud priuilegium ne torqueantur, ne ue poenis plebeiorum afficiantur praetendant et d. ita l. Diuo Pio Marco in 2a parte quae contrarium expresse autoritate eiusdem Ulpiani probat negationem ad itam illius tex. timore corrumpat. Ego existimo longe aliam fuisse d. tex. mentem quam neque Accursius neque Cuiacius neque illius alius fuerit assecutus quod ut ostendam animaduerto eo in tex. ut ex eius verbis apperte constat Ulpianum casum quem proposuerat in versiculo praecedenti in filiis ante decurionatum susceptis ne et torqueri possint ad auum quoque pro rigere non autem nouam speciem adiecere et casum in nihilo superiori si mulier utrum patris nota nepotibus quo minus dignitate aui fruerentur insere quo supposito illius tex. sensum talem esse constituo ut quemadmodum filiis ex plebeio patre natis onor decurionatus patri postea contingens prodest ne plebeiis et viribus subiiciant supliciis sic quoque ut Papinianus ait prodesse etiam istorum filiorum id est patri huius decurionis qui licet plebeius antea fuerit postea tamen

non

nō torquebit' negra patris nota, filius decurio maueblt certissimū namque ē hoc priuilegiū quod de decurionibus datū nō solū nō cuius liberis sed parentibus etiā communicari ut apertiss verbis docuit tx in l moris § 5.º parentis et in l fin § 1 ff de penis unde aparet tx illū ita vere et noue interpretatū nihil superiori sententiæ aduersari

Odie regnō quo utimur Jure nobiles quos idalgos dicimus item senatores Regii quique ab eis descendunt et doctores qui nobilibus æquiparant et aliæ personæ aliis ex causis torqueri nō possint neque ignominiosis penis afficiī ut constat ex l 2 tt.º 30 p.ª 7 ubi gregorius et ex l 4 tt.º 2 libro 4 ordinamēti l 13 tt.º 1 libro 2 recopilationis et traditis ab Antonio gomesio 3.º tomo variarū cap.º 13 n.º 3 Couar. 2.º variarū cap.º 9 n.º 4 otalora Juan garsia et aliis relatis a don Juan Villa in praxi criminali cap.º 9 ex n.º 22

Caput 3.um de conciliatione legis finalis versiculo senatores ff de senatoribus cū l unica versiculo odie de officio questoris

Est quoque item hoc tt.º de senatoribus dificile admodū eiusdem Ulpiani responsū in l fin versiculo senatores dū senatores eos esse scribit qui a patriciis et cōsulibus usque cōsularibus ut alii liberi habeant et probat Calchanus [illegible] in memorabilibus verbo senatores descendunt eos quæ solos in senatu sententiā dixisse posse aut nō et si a Constantino Armenopulo libro 6 promtuarii tt.º 1 eodem verbo referant ut olim non nisi

ex

ex sumis patriciis qui familiis senatoriis legerent ut docet Ro
sinus libro 7 antiquitatum cap. et alii quos supra in initio ca
pitis primi retulimus et Curtia Pisana libro. 1. cap. 1 Ul
piani tamen tempore iam inoleverat mos ut senatores
non tantum patricii viri et equites et plebei senatus ratione
habita fierent ut ex Plinio libro 33. cap. 2 Suetonio
in Augusto et aliis observat Petrus Gregorius libro 47 sin
tagmatum cap. 25 nº 4 et habe Rosinus ubi supra et Budeus in
d. l. fin. et ut ipsius met Ulpiani testimonio probat in l
unica versiculo hodie ff. de officio questoris officium ma
resus erat et quasi primordium gerendorum honorum senten
que in senatu dicende et tamen indifferenter obtinuit ques
tores tam patricios quam plebeios creari unde manifeste
constat non patriciis tantum viris et plebeiis quoque senato
riam dignitatem communicari quod et Marcus Tulius
actione 2 in Verrem et Fenestela de magistra
tibus populi romani libro 2 cap. 3 docuere et ratione
fundata non etsi non dispitiar in subsidiis magistratibus
et honoribus nobiles et potentiores preferri oportere l ad
subeundam 46 C de decurionibus libro 10 l 1 C de
diversis officiis libro 12 autentica presides gentium C de
episcopali audientia cum notatis a Juane Orosco in l 2
nº 77 de origine Juris Palacios Rubeus et Avendaño
qui eum refert de exequendis mandatis 1º p. cap. 19 nº 17
Justum tamen fuit ad officia et rei publicae administratio
nem etiam plebeios aditum patere arguto l 2º §º deinde cum esent
ff. de origine Juris l 3 §º preses ff de muneribus et hono
ribus l si non fuerit ff pro socio quod et apud nos hunc me
ribo

vito ruyslu esse eademus y dividerse las varas de alcaldes ordinarios y de la hermandad y otros oficios semexantes entre los idalgos y pecheros por mitad en los demas luga res ex disposne l. 1.ª de la Hermandad l. 10.ª tit. 13 libro 8 ordinamenti et ex his que late tradit Avendaño ubi s. n.º 68 versiculo 8.º debet et post alios Juan Garcia de no bilitate glosa 6 n.º 16 et glosa 35 per tota Guanes Orostius s. in d. l. unica de oficio quaestoris in fine

Cum vero clari sint adeo a parte supra dicta Jura disentient ut afirmare potuerit Gilbertus Regius lib. 2 enantio fanon cap.º 2 nihil in Jure reperiri pugnantius et non ulli tentauerint in d. l. fin. non senatores sed senatorios legendum quos merito reprehendit Orostius ibidem nihilo tamen felicius in hac dificultate componenda versatus unde Gilbertus ubi s. Eguinarius Alcander et Russardus in d. l. fin. et Cuiacius novissime in notis ad eam et antea in l. 1 C. de dignitatibus existimant totum illum versiculum non Ulpiani sed Triboniani esse qui ex novella Justiniani ba illa verba Ulpiano suposuit sui temporis ratione ha bita qua patricij non hi qui ex senatoribus descendebant ut antea dicebant sed qui imperatorijs codicilijs interce nientibus Principum consiliari eficiebant et summo patri tiatus onore gaudebant quo prediti ipsius imperatoris patres nominabant ut ex Suida Niceforo Casiodoro Claudi ano et alijs tradit Brisonius et Paterius verbo patricius Trumbus libro 15 adversariorum cap.º 16 Orostius ubi s. et colligitur ex l. fin. C. de consulibus lib. 12 et §.º 13 filius familias ubi Balduinus et Otomanus inst.º quibus modis

Jus

jus patrie quibus ut tribus. s. advertit ordo regni satrapis seu proceres comparari possunt vulgo los grandes y privados licet Pinelus in l. 1a p. 2o nº 42 C de bonis ma ternis putat hanc dignitatem cum in usu non esse constat nanque s. dictos de consilio et senatu Principis esse l. hu manum C de legibus aut hentica habitat ne filius pro patre l. 4 tt.o 4 lib. 2 recopilationis quodius lex 7 tt.o 8 p. 4 cos patricios interpretat qui imperatoris Regis ue conciliarii sunt quod ut verum sit ego tamen de his conciliariis quos nos del consexo y camara del Rey vocamus accipien dum puto licet Orozius ubi s. ut dignitas quam obtinebat faceret et cum sentius Didacus Perez in l. verbo audien tia tt.o 1 libro 4 ordinamenti latius cum vocem patere putet et Pincianum etiam adque granatensis conventus ju dicis comprehendere

Ex quibus ut ad rem redeamus aparet in d. l. fin 2us hanc interpretationem non agi de qualitate et genere eorum qui ad senatum promovendi essent sed tantum eorum qui in senatu sententiam dicere possunt personas gradus que dignitatum et sedendi ordine connumerari ut melius con stat ex d. novella 62

Quod si alium expositio haec propterea quod tantum Tribonianum tribuat violenta videat necessarium erit ut probet Ulpianum ibi non ex quo ordine senatores legi possint tractare sed dumtaxat docere senatores illa tum significatione eos etiam accipi non tantum qui a Principe vel senso ribus in senatu essent electi sed qui honoribus functi vel patriciis avis progeniti aut alio quovis tt.o illustres haberent nam ut ex Gelio constat libro 3 noctium aticarum cap.

cap. 18 nō senatoribus tantū uerū et illis quoque cum inde si senatū sente(n)tiis quę ibi dicendę Jus erat aut saltim in aliorū sententias discedendi aut pedibus audi unde et pedanii a multis dicti sunt quam expositionē probat Petrus Gregorius lib 47 syntagmatū cap. 25 n. 4 qui dictos senatores extra ordinarios appellat et licet nō probet refert etiā Equinarius in d l fin

Odię potestas et amplitudo antiquę senatus aplicabit a todos los consexos reales que residen en la corte de los Reyes ut innuit Couarrubias cap. 4 practicarū n. 10 quamuis Menochius casu 68 n. 29 et Hanselo... Corrodus in templo Judiciū Libro 1 cap. 7 in principio n. 7 existiment regia nostra cōcilia antiquo senatui nō cōuenire

Caput 4 de constitutione L 1. de ofiçio consulis cum Lege ad rem publicam 2 de muneribus et onoribus

Exactis Regibus ad rei publicę Romanę gubernationē electi consules sunt quorū potestas licet posteriorū imperatorū tempore aliquātulū diminuta initio tamē Regię ęqualis et semper magna habita fuit ut constat ex Pomponio et scribentibus in l 2 §. exactis deinde et §. quando de origine Juris Justiniano in nouella 150 et in authentico de consulibus et ex congestis ab Alexandro Libro 3 genialiū cap. 3 Duareno Equinario et Orosio ad § unc tit. de ofiçio Consulis Petro Gregorio Libro 47 syntagmatū cap. 15 Jerony Rosino libro antiquitatū cap. 9 nā et priuatū Jus fere administrarunt publicū ante ā populo et senatu cui ipsi preerant ut constat ex historia Fori Romani Libro 3. cap. 5 et 11 et nō solū uolūtariā Jurisdictionē habuerunt ut male docuit Acursius et alij

alij in d. l. verum et contentiosam quoque et imperium ut ostendit Duarenus ubi supra et eumatijs quos refert probat Orostius n.º 9 et Cujacius in paratit. ha. ad Sunellum de oficio consulis granius Justiniano etate alenta defendi posse Aurtij opinio ut observat Eguinarius ubi supra.

tutorũ Vaconij declaratione 80 n.º 4 et post alios qui refert Martinus del Rio in notis ad d. §.ᵘᵐ ubi decretum et preceptor noster Grabiel Henriquez in Ladino Proœmii de re Judicata Parladorius lib. 2 Quotidiana narũ caps. 5 parte §.º 2 ex n.º 2 Everardus ant Ginomianũ sentẽ 1. c. 18 quã verissimã interpretationẽ licet turbaret Cuminius ubi s. ego firmiorem redo ex §.º de illo qui statim sequit post dictũ §.ᵘᵐ ubi decretũ ubi inc. 2. C.ᵒʳ adversativa dictione aut utat agat quae de causis quae de plano et absque aliqua cognitione expediri possint de quibus ĉ videndus tx in clementina saepe extra de verborũ sign.ⁿᵉ et omnino Bernardus pro tribunali cap.ᵒ 6 manifeste ostendit in superiori §.º de illis causis fuisse locutum quae neque de plano neque personam sub notatione libelli peragi poterant quibus libellis similis esse oder Las provisiones ordinarias que manan de los consejos o chancillerias quas L. 35 t.º 18 et L. 5 t.º 19 p.ᵃ 3 apellat cartas foreras nõ male advertit Parladorius ubi s. Si enim tandem subijcio quod in hoc cap.ᵒ diximus de plano vel per simplicem subscriptionem libelli judicare in L. penult.ª C de naufragijs lib. 11 obscuro loquũ di genere dicit senato vello cognoscere pro cuius declaratione ultra Cuiacium ibi videndus est autor Historiae fori Romanorũ et cuius editio in lib. 1 cap.ᵒ 5 Arnus Robertus lib. 1 rerũ judicatarũ c. 10 circa finẽ Justus Lipsius in notis ad librũ 13 taciti pagina mihi 320 et latius petrus Martinus del Rio lib. 5 singularium locorũ cap.ᵒ 3.

caput

Caput .11. de concordia l. cognitio 4 de officio eius cum l. 1 § damus de suspectis tutoribus et l. 1 § suspecti

ff ad Turpilianum

Cum uera sit Papiniani sententia in l. 1 de officio eius
eius interpretationem iam superiori capite probabimus
et suspecti tutoris cognitio particulari lege etiam ipsi tutori
certis Judicibus ac magistratibus tribuat d. l. 1 § damus
principio instit. de suspectis tutoribus mirum uideri potest
quo pacto suspecti tutoris cognitionem mandari posse
quem et generaliter Jurisdictione mandata tradere
consultus scripserit in d. l. cognitio eo quod magis mirum
quod in eisdem terminis contrarium et ipse solum presidem
pro tribunali sedentem de hoc crimine audire et pro
nuntiare posse Martianus afirmat in d. l. 1 § suspecti
ad Tertullianum unde cum totum Jurium difficultatem pre
sensissent Accursius et ceteri interpretes antiquiores li
cet multa moliant nihil tamen quo ad eius solutionem
sufficeret aduexerunt et recentiores non magis feliciter in
ea componenda uersari uarias et inuicem pugnantes
explicationes excogitarunt quas sigillatim refert et
conuincit Quintana Duenas lib. 1 de iurisdictio
ne tt.° 10 tandem afirmans se in hac re nihil certi in
uenire et assensu sustinere decreuisse nam quod A
curtius in s. dictis Juribus respondent d. l. cognitio
specialiter in Legato proconsulis procedere qui quem
admodum aliam etiam hoc prespicuum habet ubi posset
suspecti tutoris cognitio mandari licet communiter ab
aliis recipiat teste Alciato in d. l. cognitio n.° 5. Alex.
andro

andro in l. 1 de officio eius n.º 35 defendi tamen non potest cum generalitas eiusdem legis adversetur quae non habet debet per publicatum rescriptum restringi ex regula l. damni infecti 30 de damno infecto cum quia I.C.tus ibi non in privilegio legati sed in communi pupillorum utilitate fundatur ut in d. §.º damus etiam a praetore mandari eandem cognitionem tradiderit in cuius delegatione aliquid speciale versari nequaquam legimus. Urget praeterea quod cum praesidibus et proconsulibus eadem sit potestas et illius appellatione id quoque comprehendatur l. 1 de officio praesidis remanet si Acursij sententiam admittimus integra difficultas ex in d. l. 1. Rursus quod Bartolus et post eum recentiores multi in hac difficultate constituunt nempe cognitionem suspecti mandari posse pronuntiationem vero et condemnationem non posse nulla lege probatur quinimo expresse contradicit I.C.tus in d. §.º damus ubi consultus promiscue his nominibus utitur et praeterea alijs argumentis convincit quae eleganter advertit Quintana Dueñas ubi s.

Quare si quid est quod veritati magis videatur accedere illud est ut dicamus cognitionem suspecti tutoris quae origine erat indelegabilis imperatorum rescripto quod in s. dictis Iuribus refert indultum fuisse ut mandata Iurisdictione transiret et hoc aequitatis intuitu quam potius quam strictum Iuris rigorem considerasse I.C.tus ex eo demonstrat quia pupillorum favorem et utilitatem plurimi faciunt cum igitur causa suspecti tutoris in provincijs specialiter tributa esset praesidibus et proconsulibus qui multitudine negotiorum occupati interdum non

nō poterant eam ita celeriter audire et terminare ut pupillorū necessitas postulabat rescriptū ē mādata Iurisdictiōne in legatū proconsulis propter pupillorū utilitatem Sane q... que causa transire et licet rescripti uerba de legato dūtaxat loquerēt ratio tamē propter quā id in eo statutū fuit nempe pupillorum utilitas et necessitas que frequēter in legibus consideratur l 2 §o uidet de tesla mētaria tutela l 3 §o preterea de suspectis tutoribus l 1 §o ultimo de iuris . et ... ocationem interpretandi Sane causā asete rei quoque magistratibus mādari posse imō etge nerali Iurisdictiōne mādata transire ut colligitur ex d l cognitio et ex d l 1 §o damus in uersiculo gl. neque enim nouū ē in Iure ut propter generalem rationē particulare dictum extendatur arguto l cū pretor 72 §o dulcissimis de legatis 2 . et tx in l nō possum et in l neque leges ff de legibus presertim cū in fauo rabilibus rebus uersamur l cū quidam de liberis et post. et conducisit elegans tx in l ult. C ubi et apud quē ubi causas restitutionis in integrū que in delegabiles esse uidet l ea que uersiculo. magistratus ff ad municipalē propter utilitatem tamē pupillorū mandari ... uoluit glosa in l 1 de damno infecto aut certe ipsius cause fauore ut uoluit Bart. in d l neque quisquam §o ubi decretū nō 5 de officio proconsulis receptus Valasco in l imperiū nō 28 et Mauritio in tractatu de in integrū restitutiōne cap. 31

Neque Sae interpretatione recta obstabit quod tx in d §o damus non pupillorū fauore sed alia ratio

ne

ne rescriptum imperatoris nisi illis verbis ostenderit (quia mandata jurisdictione officium ad eum solum juris dicendi transit) nam ut recte advertit Hongonius in d. l. imperium folio 15 ea ratio neque primaria neque multum efficax est sed alteri potius nempe publicis utilitati veluti ex abundanti adjicit nonnum enim non est pluris alicui legi vel constitutioni rationes accomodari quarum aliqua per se sufficiens non esset argumento l. Liberorum §. 1 de his qui notant infamia et §. affinitatis instit. de nuptiis et melioris lex juncta glossa ibidem in l. si extraneo ff de usufructu

Rursus non obstat lex difficilis in d. §. suspecti nam rursus Bartoli Baldum in Cuiacij Dobeani et aliorum interpretationibus quas eleganter convincit Cuntanus Duenas ubi s. respondendum est quod Martianus ait presidem solum de suspecti causa cognoscere et pronuntiare posse ita esse intelligendum nisi mandata ab eo jurisdictio sit nam qui de eius mandato et voluntate pronuntiat pro presidis jurisdictione non pro imperio suo pronuntiat ut constat ex l. 1 §. qui mandatam etc. ex l. 3 de officio eius l. solet de jurisdictione quo etiam modo ego al[illegible] per solam lex aliis difficilem in l. ubicumque 106. de reg. juris

Caput 12 de concordia l. qui jurisdictione 10. ff de jurisdictione omnium judicum cum l. in privatis ...77 de judicijs et l. quintia 6 de receptis arbitris ...

Cum natura comparatum sit ut homines plus sibi quam alijs tribuant et proprio amore ducti erga se et suos magis quam erga extraneos afficiant merito statutum est neminem in sua judicare causa vel jus sibi dicere posse l. unica

C ne

C nequis in sua causa l. 10 tit. 9 p. 1 imo neque in propria testimonium admitti l. nullus 10 ff de testibus l. omnibus C eodem nam ut recte inquit Sicero in oratione pro Roscio more maiorum comparatum est ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de re sua non dicerent quo fit ut verissima videatur Ulpiani sententia in d l. qui Jurisdictioni d. cum qui Jurisdictioni praeest non solum sibi verum neque Liberis suis aut uxoris quos secum habet Jusdicere debere respondit, idem namque timor suae quis de propria sive de filio rum causa Judicaret interveniebat cum parentes eandem cum filiis personam constituant l. fin. C. cum aliis C de impuberum et non minus pro filiis quam pro se ipsis soliciti sint ut ostendit l. ult. quidem in fine de eo quod metus causa et patris de filio verba apud comicum putare tine etate et benevolentia plus sit re ex pro videre quasi ipsum sit ut

Sed urget in contrarium Africanus in d l. in pri naris cui et Caius consulit in d l. quum etiam dum aper te constituunt patrem filio et filium patri Judicium esse posse et sane adeo graviter urget ut interpretes varias hinc nodo solutiones et explicationes adducere curantes mallis Severini sententiis locum fecerint qui cum quod multipliciter intelligit ignorare veritatem testabat Accursius namque et postea Bartolus Albericus Castrensis Sanius et Costalius in his Juribus quos comunicaverit sunt eam concordantiam excogitarunt ut Ulpianus in ordinario Judicis intelligat Africanus vero in de legato ex singulari ratione dixerit minus quam

adveniunt

aduert Bartolus in hac l qui Jurisdictione alij v. ciuilis causas criminalibus distinguentes in illis aliis prioritatum in d l in priuatis in his v. tx in d l qui Jurisdictioni eo quod si qui uel a cognatione uel afinitate Junguntur in criminalibus Judicare prohibiti sint l lex Cornelia § ff de injurijs Corasius aute lib 4 miscelanearũ cap 9 priuata negotia aput Africanũ domestica interpretatur id est ea que ad extraneos nõ pertinent sed inter patrem et filiũ peraguñt et uoluntarie Jurisdictionis apellant prout sunt actus emancipationis adoptionibus et manumitionis in quibus nõ solum pater filio et filius patri uerũ et sibi ipse quis autoritatẽ recte prebere potest l 3 et 4 ff de adoptionibus l 1 et 2 de ofitio pretoris l 2 de ofitio presidis l aput filiũ ff de manumitionibus uerum hę interpretationes et diuinationis non bo laborant et § dictarum Juris generaliter loquentium sententiam restringunt et alijs preterea argumentis conuincunt que considerat autores ſ. sitandi

Quare eis relictis et reiecta etiam solutione Cuiacij in tractatu 3. ad Africanũ et in operis posthumis in d l qui Jurisdictioni docentis patrem in causa filij et e contrario mero Jure Judicem esse posse cũ Judicandi munus publicũ sit non tamẽ debere contra litigantiũ uoluntatem ea potestate uti ut pie in hoc casu onestis magis quam liciti ratio obseruet Juxta l nepos proculo 125 in finẽ ea simulis de uerborũ signẽ mihi magis ueritati acedere uidet Duareni Judicium lib. 1 disputationũ capº. si qui dictam l qui Jurisdictioni in

quolibet Judice vel ordinariam vel mandatam Ju
risdictionem habente interpretat hijs enim in sua
vel suorum causa Jus dicere nequaquam poterit ex
l. m. d l in privatis et in d l quin etiam in Judicis
dato qui notionem tantum habeat et Juxta prescripta
a pretore forma Judicabat quam solutionem ut apertius
et comodius intelligamus cum eodem Duarero ubi s.
et in tt. de Judicijs e de Judicibus datis Corasio lib. 3
miscelanearum c 18 Juane Baudo lib. 1 questionum
c 10 Reuardo pro tribunali c. 10. Costano lib. singula
ri questionum c. 9 Quintana Dueñas lib. 1. de Ju
risdictione tt. 6 istoria fori Romanorum lib. st. 5
et alijs quos plene congessit supra in cap. 8 huius tt ani
madvertendum est pretorem et ceteros populi romani
magistratus ante l placet la primera C de pedane
is Judicibus nunquam vel raro in privatis causis
Judicasse sed Judices litigantibus dumtaxat dedisse
formula eisdem prescripta 2m quam cognoscere et
Judicare deberent ut constat ex l item s.o pretor ait
si quid ff de in Jurijs ex l Jus gentium s.o et ideo
ff de pactis ex l a Divo Pio et ex l quidam consulebant
ff de re Judicata et ex mille alijs Juris consultorum et
bonorum autorum testimonijs quos congerunt autores s.
s. relati a qua formula s. dictis Judicibus recedere vel
aliquid ultra eam facere non licebat ut constat ex l
Edilis de Edilitio Edicto et ex lx quem ego sic extra om
nium mentem accipere soleo in l ut fundus ibi ultra
id quod in Judicium deductum est ff comuni dividundo
unde

Unde et illud preter omnes etiã existimo tentari posse ex his
eos Judices inde pedaneos dictos esse quod nihil ex se
ipso suo arbitrio facerent et statuerent sed magistra
tus qui eos dedit verbis et formulis omnino errerent que
admodũ senatores pedaneos eos vocatos legimus qui su
fragiũ vocem non proferebant sed in aliorum sen
tentias pedibus ibant ut ex Gelio fenestela et alijs
late ostendit Budeus in anotationibus ad l. fin. de
senatoribus ubi nos etiam bene in re non nulla retu
limus quamuis non ignorent frequentius interpretes
huius nominis causam reijcere ut inde pedanei dicti
sint quod sella curuli non uterent sed ad pedes ma
gistratus sederent uel quia stantes et pedites judicabant
ut ex Paulo Siserone et alijs observat Alciatus 1°
parergon c. 41 Costanus d. cap.° 9 n.° 14 Guevara lib. 5
de officio presidis n.° 3 Caldeira lib. 2 variarũ cap.° 9 n.° 3

Secundo animaduertendum e istorum Judicũ
qui a pretore dabant ut de priuatis litigatorum cau
sis cognoscerent certum et selectum numerũ fuisse in
tus primo postea in plures decurias diuisum ut Sice
rone Suetonio et Gelio ostendit Costanus s. n.° 10
qui quidem Judices nõ in uitis dabant sed partiũ co
sensu aut sorte eligi solebant quos statim reijcere et
recusare post sortitionem licebat ut colligit ex Plinio
in panegirico ad Traianũ dũ inquit sors et urna
Judicium asignat licet reijcere licet exclamare Sumerollo
Asconio Pediano in 3 verrinos et ex d. l. quidam conpro
bant urnũculo et si forte de re judicata l. ex eo sensu 23
de

de apellationibus lx 5º 1 Lobernandum 47 Lsi in Judiciis 80 de Judiciis et ex aliis locis adubi ab Oto mano de verbis Juris verbo Judex quarum Juarus Fa bardus de Jurisdictione c 7 in fine eos qui ex decurijs Judicum erant consensu partium non requisito dari sole re perperam arbitrer et Caldeira ubi s. nº 2 regulariter partium consensu non intervenisse male dedicat ex tx quem nõ satis perspisse videt in d lex cõsentu

Quibus premisis facilius e supradictorum Jurium concordia nam d lex qui Jurisdictioni in magistratu pos dicende prosedit qui ne aliquid gratis vel afectioni tri buat merito in sua vel suorum causa Jusdicere prohibet at vero tx in d l in privatis et in d l quin etiam vel ex eis aperte colligit in Judice dato cui notio ut diximus sine Jurisdictione comitebat qui cum nisil ex suo arbitrio disponeret et preterea ex partium volu tate et cõsensu reciperet recte potuit etiã si pater esset Judex dari in causa filii vel filius in causa patris Judex dari quã solutionẽ licet nõ ita explicatã et exornatam post Accursium secut Gobeanus Equinarius Gotofredi Rusardus et Medius in d l qui Jurisdictione Julius Pacius ant si nomi arusentur eo. 1. ant Sinomia 57 Costanus d c 9 nº 2 Georgius obrelitus de Jurisdictio ne et imperio c 12 ex nº 11 quę tamẽ si alicui mi nus probet propterea quod vi. cam dubitatione ca reat d lex in privatis et parum cõveniat ratiõ quę ei dem subjicit in l sequenti poterit nõ in subtiliter tentare Africanum de eo ut omnes sui usque put

l arunt

arunt tractare an pater in causa filij vel filius in causa patris Judex dari possit sed de eo potius an filius in dignitate magistratus constitutus patrem vel pater filium Judicem pedaneum habere posset nam patri obstabat quod cum filium daret se ipsum dare Judicem videret filio v. quod inonestum et contra obsequium et reverentiam parentibus debitam esse ipso Jure pro tribunali sedente patrem in infimis subsidijs et ad eius pedes iacerent & cui tamen dubitationi ea decidendi ratio aplicat quod Judicare munus publicum est et in his que ad Jus publicum pertinet nunquam patrie potestatis Jura perpendimus ut eleganter in simili casu dicit consultus in l. ille a quo §. tempestivum cum l. sequenti ff. ad Trebelianum et plenre disputavit Taurus Philosophus apud Agelium lib. 2 noctium aticarum c. 2 quam interpretationem primum a Doctore doctissimo preceptore nostro Juane de Leon in his scolis accepit in lectura rubrice de re Judicata et postea eandem typis mandatam vidi a Duardo Caldeyra d. lib. 2 variarum c. 9 qui illam expandendi gratia apertiorem reddit et defendere conatur ad l. quin etiam et l. senatus consulto ff. de officio presidis que ei obstare videbatur et sic absolvit ista antinomia

finis Summi Antinomiæ

Caput 13 de concordia L. si convenerit 18 ff de Jurisdictione cum l penultª C. de pactis et L. 39 C de episcopis et Clericis

Et si clerici in uito proprio episcopo alterius Judiçis etiam ecclesiastici Jurisdictioni se submittere nequeant c. 1 c significasti cum alijs extra de foro competenti Laici tamen libere ex sua conventione recte possunt in alienum Judicem consentire et illius Jurisdictionem (ut interpretes non male loquunt) prorogare dummodo sit Jurisdictione inter aliquas personas exerceat nam qui nullam cuius habet potestas prorogari non potest ut colligit ex l sed et mas nente 5 ff de precario et ex hac l si convenerit ibi alius pretor et ex l si per errorem 5. eodem titº ibi alius pro alio pretor et manifestius exprimit in l 1 et 2 ff. de Judiçijs pretor et manifestius exprimit in l 1 et 2 ff. de Judicijs in l 1 et 3. C de Jurisdictione in d capº 1 et capº significasti de foro competenti et in l 32 titº 2 pº 3 et late et eleganter post alios quos infra referemus prosequit Quintana Duenas lib. 2 de Jurisdictione titº de prorogatione Jurisdictionis

Sed quaestionis est utrum si quis semel de prorogando alicuius Judicij Jurisdictione consenserit possit postea ab hac conventione libere resilire et Africanus in d l si convenerit resilire posse aperte constituit dummodo adhuc prorogatus Judex aditus non fuerit id est ut interpretes explicant neque lis contestata neque negotium coram eo geri ceptum sit nam si horum aliquid intervenerit quasi reali traditione per usum et patientiam Jurisdictionis secuta arguto L 3. 5º dare ff de usufr

uctu

fructu l. fin. de itinere l. si in partem 9 quemadmodum servitutes amittant cum late traditis a Fi[r]aguelo in prefatione tractatus de morte declaratione 4 Covarruvias 3º variarum c. 5 nº. 16 non poterit amplius mutandi voluntatem licentia habere ut eleganter advertit Archinus in c. 1 extra de Judiciis nº. 71 Sozinus in d. l. si convenerit nº. 27 et Alciatus in d. l. penult. folio 1.

Huic tamen Africani responso ut omittamus vulgaria Juris principia de quibus in regula quod semel et in regula in utere de regulis Juris in lex de ametro advertat imperatoris Justiniani decisio in d. l. penult. et in d. l. 39 ubi ex simplici partis voluntate prorogatione Jurisdictionis induci et sive aditus sive non aditus fuerit Judex omnino standum esse aperte docemur neque posse quem semel renuntiata fori perscriptione adversus sua pacta venire in qua difficultate componenda tot fere sunt auctorum sententiae quot capita ut constabit ex multis interpretationibus quas congerit Jason Decius Sozinus et Orosius in d. l. si convenerit et alii plures quos post Brosium ibidem in notis refert Salcedo in additionibus ad Bernardum Dies regula 319 et Juanes Gratianus regula 277 quando enim simul unius Africani responsum pertractat proce dere docent ne quis coram alieno Judice litigare cogatur alii cum Curcio in d. l. 1 de Judiciis nº. 68 conven tionem de qua ibi respectu nam fuisse affirmant et ideo re integra penitentiae locum relinqui Juxta l. si pecuniam ff. de conditione ob causam alii

cum

cum Alberico et Decio frequentibus opinant in Africani specie utrumque ex parsentibus simul a conventione discedere in Justiniani autem sanctione unum dum taxat voluntatem mutasse adque ideo mirum non esse si ei altero invito non liceat contra suam pactionem venire verum harum interpretationum priores due tales sunt ut confutatione non egeant posterior autem licet placuerit Covarruvie in cap. quamvis pactum 1 parte § 4 nº 7 et acriter defendat a Corasio lib. 4 miscellanearum c. 5. divinationis tamen morbo laborat cum nullum in ea lex sit verbum quo utriusque partis consensus signi ficet quin potius de uno tantum loqui consultum illa verba suadeant nemo compellitur etc. et preterea convincit quia si utergue ex litigatoribus penituisset etiam pretore iam adito et lite coram eo contestata possent a conventione discedere l. postquam liti C de pactis etiam si Jusiurandum in predicte conventionis confirmationem accederet cum possent sibi invicem vincula juramenti laxare c. 1. extra de jure jurando c 2 extra de sponsalibus

Quare hac interpretatione reiecta quam inveniam Alciatum quoque probasse lib. 2 paradoxorum cap. 1 magis veritati accedit eorum solutio qui docent d l si quis in conscribendo rationem ex eo pendere quod ibi non agebat de proroganda jurisdictione judicis alieni sed potius de non declinanda jurisdictione judicis ordinarii et non utendo privilegio sive prescriptione fori qua litigator propter sacerdotii prerogativam aut alio simili causa uti poterat cui si quis renuntiaverit merito contra pactum venire prohibetur quia favori suo tollitur idque jure specialiter privilegio conceditur quam quod jure communi competit l. cum miles lib. 3. militia mirus de militari ttº etres

qui

quilibet facile ad suã naturã revertit l. si unus §. pactus ne pe
teret ff de pactis quã interpretatiõ post glosã in d. l. si convenerit seq
uunt Bartolo Paulo Alex.º Jass.º et alij ibidem et nemine relato
probat et exornat ab Ugone Donelo in d l. penult.ª sic ea sine nega
te turbet qd in d legibus Justinianus fori perscriptione cleri
cos eam ~ tempore habuisse ostendat nam licet verũ sit
eius tempore de causis clericorũ nõ solũ i civilibus verũ etiã
criminalibus exceptis criminibus ecclesiasticis nõ sacerdotes
sed presides aut magistratus cognovisse l. cũ clericis l. omnes l.
Jubemus cũ alijs C de episcopis et clericis l. ad ictos C de
episcopali audientia et refert Gratianũ 96 distinctione et 11
q.ª 1 et 17 q.ª 4 per totũ sedne aud carent a magisterio
et ut promtus lites finierent Justinianus civilium quem
dam causarũ cognitionẽ eis promisit sedita ut licitũ esset
invito sententis contradicere et ad civiles magistratus pro
care ut constat ex novella 83 et 123 et ex authentica cle
ricus C de episcopis et clericis ex c si quis 11 q.ª 1 et ex no
tatis a Cuiacio in dictis novellis et a Duareno lib. 1 de
sacris ecclesie ministerijs c. 2 sic ea sine cui Juri et prerroga
tive potuerunt clerici Justiniani temporib; renuntiare

Sed licet superior conciliatiõ satis probabilis sit et novissime
defendat a Quintana Dueñas d tt.º de prorogatione Jurisdictionis
n.º 18 mihi magis i. dictis Juribus convenire videt conciliatio
qui tradunt d l. si convenerit in pacto nudo prorogationis pro
cedere ut ex illo verbo convenerit constat quod ad nudã conventio
nẽ plerũque refert ut notat Bart. per tex. ibi in l. Lucius n.º 11
si verbũ petat Abbas et alij in c. 1.º extra de pactis et relati a Quint.
ubi i. ad quid ideo obligatoriũ nõ fuisset in pacto nudo cũ Jure
obligationẽ nõ pareret l. Juris gentiũ §. igit nuda ad pacti
at vero tex in d l penultima ut ex eius verbis apparet de pa

pacto in ipso cotractu vel in cōtinenti apposito esse aci
piendum quod cū in esse contractu jentat obligatiōnē
parere notissimū ē d. l. Jurisgentiū §. quinimo lin
bone fidei cū alijs C de pactis cui interpretatiōni post
Equinarium et Gobeonū in d. l. si conuenerit subscri
bit Cuiacius ibidem in postumis recitatiōnibus et
in 7º tractatu ad Africanū in principio faguineus
lib. 1 cōtrouertiarū c. 61 Julius Pacius senturia 1.
Lib. 1 cōtrouertiarū c. 61 Julius Pacius senturia etiā 1 c. q. in
antinomiarū c. 60 Euerardus senturia etiā 1 c. q. in
fine

Ex quibus resultat quod cū odre Pontificio et Hispa
no Jure ex quibuscumque pactis et cōditiōnibus qualibus
nudis eficax obligatiō nascat c. 1º et 3. extra de pactis
nudis eficax obligatiō nascat c. 1º et 3. extra de pactis
l. 3 tt.º 8 Lib. 3 ordinamēti que ē lex 2 tt.º 16 lib. 5 reco
pilatiōnis sive contractui insit dº conditiō prorroga
tionis siue nō insit omnino obseruanda erit ita ut
neque opus sit renūtiari d. l. si conuenerit nec Ju
ramēto cōmutiōnē firmare ut post Verōnū in c. 1º
extra de Judicijs nº. 175 Curtiu in l. lege nº. 10 C de
pactis tradit Fortunius in d. c. 1. de pactis nº. 30 Cona
rruuias d. nº. 1 Juanes Gutierres de Juramēto cōfirma
torio 1ª pª cap.º 28 Geraffinus de priuilegijs Jura
mēti priuilegiō 79 ex nº. 165

Secūdo desendit quod licet olim possit clericus
ad libitū fori prescriptiōne renūtiare odre tamen
cū id sibi nō liceat ex Pontificiā desiriōne de qua
in cap.º si diligenti cū simi libus de foro cōpetenti quā
ab impugnatiōnibus Cuiacij et Petri fabri recte defendit
Cedantana Ducñas Lib. 1. ecclesiasticon c 1º correcto Sac
in

in parte manebit d. lex si quis in conscribendo ubi ibi omnes interpretes anim adverterunt

Caput 14. de concordia l. si filius familias 15. in fine de iudiciis cum l. fin. de variis et extraordinariis cognitionibus et in princ. inst. de oblig. quae ex quasi delicto nascuntur

Eos qui iudicandi munere funguntur nihil gratiae nihil amore aut odio tribuere debere sed ex praescripto legum incorrupti manibus et animis causarum merita diligenter rimari et sententias proferre. Et sic vanorum iudicum effigies demonstras quam eleganter demonstrat Alciatus emblemate 149 et multorum Iurium auctoritate demonstrat in quibus iudices aliter facientes gravissime puniuntur ut constat l. 2 et per totum C. de poena iudicis qui male iudicavit et l. 5 § 4 si iudex de oblig. et actionib. et l. 4 § 5 in cum de damno infecto et l. penultima in fine C. de pactis l. fin. C. ne sacrum baptisma et ex novella 86 et 124 et ex cap. 1 de sententia et re iudicata lib. 6 c. iudicanti 30 q. 5 l. 23 cum aliis tit. 22 p. 3. et ex notabili Leonis et Alexandri imperatorum constitutione quae a Constantino Armenopulo in principio sui promtuarii transfert et a Menochio transcribit in initio librorum de arbitrariis cum innumeris aliis quae de puniendis corruptis negligentibus crudelibus et imperitis iudicibus ab eodem Menochio congerunt lib. 2 de arbitrariis casu 339 cum sequentibus Burgos de Paz in proemio legum tauri verbo que reciben de nuestros subditos nº. 162 Paris de Puteo in tractatu de syndicatu verbo lis sua et verbo negligentia Antonio Quesada diversarum quaestionum

Iuris

Juris cap.^{lo} 10 n.º 4 Mantua in glossario clas. 2 c. 36 Das in praxi 1.º tomo prime partis primo tempore folio 26 ex n.º 71 Bernardus Dias regula 363 Orestius in l. Jus pluribus n.º 18 de Justitia et Jure Aviles in capitibus pretoru. c. 1. verbo alos partes

Inter ceteras autem penas illa posita in l. dictis Juribus refertur ut his qui male Judicaverit Judex litem suam faciat hoc est parti in litis estimatione damnetur quantum ut hoc obiter advertam ad datos Judices non ad pretores vel presides expectabat qui ut ipse ad monuit Jus dicere non Judicare solebant et si quid forte nomi aut iniqui Juris statuissent talionis pene subijciebant et ex edicto tt. quod quisque Juris in alium statuerit ipse eodem Jure utat. in quo explicando et exornando post Equinarium Duarenum Orestium et Vbisembiguim ibidem diligentissime laboravit Corasius lib. 4 miscelaneas c. 4 ferdinandus Mendoza Lib. 1 de pactis c. 2 ex n.º 6 Quintana Duenas libro 1 de Jurisdictione tt. 3 ex n.º 13 Claudius Minues in comentarijs ad emblemata Alciati emblemate 110 et Revardus in l. in omnibus 90 diversis Juris qui hic illam l. referendam esse contendit licet reprehendat a Petro fabro ibidem

Sed questionis est an his tantum qui dolo malo Judicaverit litem suam faciat an vero his quoque eadem pena teneat qui per imprudentiam vel imperitiam injustam sententiam protulerit et hunc etiam ex quasi delicto teneri quam precessaliquid intelligit Cavis et Justiniamus testant in d. fin. de varijs cognitionibus et in d. prin

principio de obligationibus que ex quasi delicto quibus cõveniunt d l 23 tt.o 22 p.o 3 et l 35 tt.o 5 p.o 5 et meritum Judicis nõ solũ cõscientia sed scientia prestare nec nisi bis docti Judicandi munus sui in rebus impar suscipere debeant ut observat Menochius d casu 339 in principio apud nos comprobat tx in l 2 tt.o 9 lib 3 . recopilationis

Verũ huic sententiæ adversari videtur Vlpianus in d l si filius ubi tunc Judicem litem suã facere scriptum reliquerit cũ dolo malo in fraudem legis sententiam dixisse evidenter arguat cuius tx difficultate perterritus Budeus in l fin de edilitio edicto inter alias antinomias quas a Justiniano in digestorũ libris relictas fuisse arbitratur hanc unã esse docet sed mihi nõ adeo gravis hec difficultas videtur ut tantũ virum turbare debuerit nam ex eo quod tunc Judicem litem suam facere cũ dolo Judicaverit scribat Vlpianus nõ statim sequitur quin possit preter dolum etiam ex imprudentia Judicans eadem pena subire ut bene consideravit Sousa in antinomiarũ solutione in fine et ab eo transcribens Theodoro in antinomiis pagina 27 ea Julius Pacius antinomiarũ centuria 3 . antinomia 22 et preterea in ipsis Juribus alia concordie ostendit via nisi quod maligne et dolose Judicans litem suã ita facit ut ad veram eius estimationem directa actione injuriarum teneat l i in fine principio . l nõ magistratibus 32 ff de injuriis et etiam infamie notam incurrat d l fin C de pena Judicis qui vero per imperitiam nõ in veram litis estimationem sed in id dũ taxat quod

obea

ob eam rem Judici equum esse videbit actionem in factum
citra infamiæ notam damnet quam solutionem
ad S. dicta Jura post Accursium et alios antiquiores ibidem
probat Duarenus in titulo de Judiciis cap. de varijs præ
ceptis Judicandi Gilbertus Regius lib. i enantiofanon
cap. 14 Cuiacius Lib. 8 observationum c. 9. et novissime
Quintana Dueñas d. tt. 3. n.o 17

Quibus ego adijciendum ad plenam illius materiæ cog
nitionem existimo quod cum sententia propter errorem
quem habet ipso Jure est nulla ut in specie tx. in l. 2 C quan
do provocare non est necesse in cap. i cum similibus extra de
re Judicata S. dictæ pœnæ locum non esse nisi si forte parti
aliquot præjudicium ex ea fuerit generatum ut tradit
glossa in d. l. fin. de varijs cognitionibus quam sequitur et
explicat Baldus in d. l. penult. n.o 1 C de pactis idem
que omnino probandum esse ubi remedio apelationis
vel exceptionis quam contra sententiam oponere potuit pars
læsa sibi consuluit ut in specie tx. in l. de nullitate 17 in
fine ff de adulterijs et in l. ex diverso 18 § 1 soluto
matrimonio cum omnino videndus est Padilla in l. i C n. 30
C de Juris et facti ignorantia post Bartolum et alios ibidem
et Ludovicus Carondas primo verosimilium cap. 18 an
autem et quando heres Judicis ex eius dolo vel imprudentia
conveniri possit videndus est tx. atque ibi interpretes
notant in l. Julianus 16 ff de Judicijs et late tradita
per idem Puteum in tractatu de sindicatu verbo heres el
primero et filius familias Judex si iniquam sententiam
tulerit an de peculio tantum an in solidum teneat ad
interpretationem tx. in d. l. filius familias in principio
vide

e videndus Cumanus ibidem in operis posthumis et lib. 15 observationum c 18 Valdinus et alij in d.o 1 instit. obligationibus qui ex quasi delicto et Ludovicus vitalis lib. 1 variarum c 4 n.o 10 qui in hoc quoque casu superiorem distinctionem admittunt an scilicet per imprudentiam quis an per dolum iniquum judicaverit

Caput 15 de conciliatione tex in l. si quis in legatione 8 ff de judicijs cum l. cum qui s. d.o 1 de constituta pecunia

Multoties accidit ut quis extra locum in quo domicilium habet recte conveniat velut si Romanus civis in aliqua provincia assidue versetur l. 2 C ubi senatores vel clarissimi vel si his qui in provincia domum habet Romae conveniat quae communis omnium patria est l. Roma ff ad municipalem l. in orbe 17 de statu hominum c fin extra de foro competenti junctis his quae circa horum jurium declarationem tradit Alciatus lib. 2 disputationum cap. 21 Pinelus in 2.a p.e rubricae c de bonis maternis n.o 11 et Covarru. in practicis c 5 quod idem in principijs curia idem observari testatur l. 4 et 5 h.o 3 p.e 3 vel si quis ratione contractus alienum forum sortiatur quod fieri posse constat ex d. c fin et ex l. contraxisse 20 de obligationibus et act. ex l. hercs absens in principio et s.s 4 sequentibus de judicijs nisi forte tanquam viator seu ad nundina contraxerit ut plurimis ostendit Gratianus regula 213

Sed sunt nonnullae personae quibus hoc privilegium a jure indulget ut hi etiam in casibus extra proprium domicilium convente domum revocandi jus habeant

beant hoc est postulandi l item in locum qui domicilij trans
ferri que enumerant in l 2 § Legati de Judicijs et per ho
sinum in regula domum reuocandi in libro regularum
pagina mihi 303 et late et utiliter per Couarruuiam ubi
i. inter quos Legati tunc quia eorum persona venera
bilis et sancta esse debet l sancti de rerum diuisione c. Jus
naturale i distinctione cum presupue quia nullis alijs
negotijs quam publicis implicari possunt l non alias 2 §
fin in fine de Judicijs l 8 in fine cum sequentibus ff de
legationibus id speciale habent ut etiamsi in Rome vel
extra suam prouinciam morent aut ante legationem
contraxerint ea durante domum reuocare possint ut
constat ex d § Legati

Quibus suppositis valde controuersum videtur inter
Jurisconsultos an si Legatus Rome se soluturum constitu
erit id quod ante legationem debere separat vel quod in
prouincia sibi traditum fuerat jusseat nunc Rome
legationis tempore contraxisse atque ita ibi conueniri
possit an vero reuocandi dom[illegible] Jus habeat et Caius
in d l si quis in legatione apertis verbis reuocandi Jus
habere respondet cui tamen in eadem specie Vlpianus ex
Juliani sententia aduersat in d l 5 § i cui suffragat
illa efficax ratio quod qui nunc Rome constituit tem
pore legationis contrahere et ibi in distincte conueni
re posse videtur cum pro his que legationis tempore contrax
erit legatus Jus reuocandi domum non habeat ut constat
ex l cum furiosus 39 § vltimo et ex d l 2 § Legatis in
principio et in versiculo omnes ff de Judicijs et ex l non
distinguemus 37 § item si quis Rome ff de receptis
arbi

arbitrij

Cuius difficultas adeo torsit quorundam interpretum animos ut existiment et aliter respondere non posse quam si in d. l. 5 § 1 negationem addamus legamusque convenire non debere quod suaderi putant ex eo quod si Julianus Romae agi posse de constituta pecunia existimavit debuit dicere legatum conveniri posse non debere. Et praeterea quia versiculus sequens tam verbis quam sententia negationem exposcit cui solutioni et emendationi nemine relato subscribit Julius Pacius antinomiarum centuria 2 antinomia 21 et eandem in Summo probasse Cuiacium in notis solemnibusque per eius nomine editis ad d. § 1 et in recitationibus postumis ad d. § Legatus. Sed Cuiacius idem lib. 13 observationum cap. 17 sane coniecturam non ulis angustijs conveniet aliter s. dicta Jura in concordiam reducere tentans et Duarenus ad tit. de constituta pecunia c. 9. et ad tit. de Judicijs cap. de foro competenti post medium antinomiam inter ea reperiri afirmans fere sui difficultati succubit et Fulgosius Paulus Castrensis Petrus Costalius Ruardus et alij post Accursium utrobique varias easque divinatorias solutiones adducunt inter quas tamen ea mihi probabilior videtur quam post glossam in d. § 1 versiculo vel tertio dic tamen admittunt nonnulli ex s. relatis ut s. distinctio adhibeatur an simpliciter nulla habita loci mentione legatus Romae existens se soluturum quod antea acceperat constituerit an vero non solum constituisse contentus specificat se ibi soluturum adijciat nam priori casu exceptionem quam habet renuntiasse non credit ut in d. l. si quis in legatione

ne quod ita accipi debet posteriori vero duobus illis co
euntibus contra observat ut in d. § 1 quod hac ratione
fundari ex sequenti specie colligit in qua legatus si in
provincia constituat se Romae soluturum tamen legatione
durante conveniri non posse Ulpianus testat nisi forte
legationis tempore se soluturum nominatim expresse
rit quae est species tx in l. 3 ff de legationibus cuius differ
entia singularis redit ratio quod licet in dubio ubiquis
contrahit ibi et soluturus credat in constituto tamen
contrarium cum accessorium sit alterius precedentis obligationis nisi aliud
nominatim caveat in loco principalis contractus so
lutio facienda est et constituti origo ut eleganter ait
Cuiacius post Castrensem ubi s. attendenda ex l. quod quod
34 ff de donationibus

Caput 16. de conciliatione l. ad peremtorium 68 cum
sequentibus de judiciis et l. consentaneum et l. tres de
nuntiationis et simi litu C quomodo et quando judex
et l. et post Editum de judiciis

Nihil reipublicae gravius nihil nocentius posse con
gere quam si inter se cives litibus et contentionibus di
gladient ex pluribus quae ex illis resultant damnis co
lligere licet de quibus in l. servus 19 ff de actionibus et
oblig. in l. equissimum 17 de usu fructu in authentico
ut differentes judices in principio collatione 9 ca in
congestis a Decio in l. quidam existimaverunt colu na
2 per tx ibi si certum petat Silva nuptiali lib. 6
n.º 1 Ludovico Romano in regula de anali possessione
q. 2 hinc themistocles libentius se viam quae recta
ad inferum quam quae ad tribunam duceret ingressurum
diçebat

decebat ut refert Elianus lib. 9. de varia Historia Sive Scaevi Pontificij Juris autores libidus quam litigiis finem imponendum esse numerabilibus in locis osten dunt quae post alios congerit Caelianus Cuota in inume rabilibus verbolibus sibi Sive denique si quis in Judicium vocatus venire renuat et litem contestari bonorum suorum possesione privat et in eam adversarius mitebat ut sic tedio affectus veniat et responderet litis quae finem debito terminet l. 2 et per totum ff quibus ex causis in possessionem l. cum qui §. missus ff ut legatorum c tua fraternitati c cum frequenter §. in aliis c. vulgatis extra ut lite non contestata §. 2. lite tamen contestata reus velactor contu maciter comparere et litem usque ad definitivam persequi nollet tribus edictis aut vero pro omnibus peremtoris sit atus etiam eo absente ferebat sententia non obstante regula l. de uno quoque 47 de re judi cata ut constat ex d. l. ad peremtoriam in sequentibus l. proponendum §. sin autem reus et §. est quidam vericulo est per tres vises C de Judiciis l. ea quae l. co sentaneum l. tres de inibitionis et authentica qui se mel C quomodo et quando judex c prout c fine li tibus c fin de dolo et contumatia l. 10 tit. 22 p. 3. sun de contumaciam illum esse definivit Hermogenianus in l. contumacia 53 §. 1 de re Judicata qui edictis pro positis vel uno pro tribus quod peremtorium apellat presentem sui facere contemnit

Ex quibus satis constare poterit quam sit difficile Ulpi ani responsum in d. l. et post edictum quo adversus tot quirit definitionem etiam post peremtorium impetratum

alium

aliud novum Edictum novam quae sitatio[ne]m intervenire debere adeo expresse docet ut Accursius inuisentibus re... post Bartolum comunem et praxim receptam testatur ipse li... bus in d l de uno quoque n.º 196 et Lancellotus de officio pretoris §.º 2 c de peremptorio existimaverit nullam aliam eius interpretandi rationem inveniri quam si verbum illum debet intelligamus id est potius ut sie... non necessitatem sed meram Judicis voluntatem importet quemadmodum pleraque quae eius potestati subjiciuntur l non quidquid ff de Judiciis l 1 c quomodo et quando Judex verum hic opinio Molinaeum Ulpiano adque adeo proprietati latini sermonis irrogat cum quam verbum debet necessitatem exposcit l paulus l a pri... mera de re Judicata l saepe ubi glosa de officio pro... consulis cum late notatis a Tiraquello de retractu tit.º 1 §.º 1 glosa 15 n.º fin

Quare ea reiecta et alia Pauli Castrensis in d l ad peremptorium qui Ulpianum de Edicto solemnissimo acri... pit quod ipse animus solemni et solemni distinguit ego semper verissimum existimavi Duarenus Judicum lib. 1 disputationum c 7 ut in d l et post Edictum verbum sita... re non significet (ut vulgo interpretes putant) in Jus vo... care vel novum terminum aut diem proponere in quo quis debeat ad Judicium venire sed quandam partium sita... tionem et vocationem quae ea die qua iam ante praefixa et signata fuerat per praeconem fiebat ut partes ad sententiam audiendam accederent quo facto sive reus praesens esset sive non lis fine debito poterat terminare et sententia statim ferri ut ex Cicerone Quintiliano et aliis idem

Duar...

Duarenus similiter ostendit et manifeste constat ex l. Divus § uerciculo et si nihil ff de in integrum restitutione et ex alijs que Duareni judicium probantes adducunt Gobaneus lib. 1 uariarum cap. fin. in fine Eguinarius in l. ult. in Jus uocando Costalius et Cuxacius ind. l. et post quod dicitur Reuardus pro tribunali c. 3. ystoria fori romanorum lib. 5. cap. 13 Brisonius et Prateius de uerbis Juris uerbo p[ro] tribunali

Caput 17. de conciliatione l. et post quod dictum est l. contumatia 53 in principio de re Judicata

Contumatia reorum tam in criminalibus quam in ciuilibus causis eorum que magistratum preceptis obsequendum propter uiam grauius quae semper penis que constant legibus ne enim olim aput Romanos ut ex Marco Varrone Aulo Gelio refert Petrus Crinitus de onesta disciplina lib. 25 c. 8 citatus reus qui neque respondisset neque sensatus esset unius ouis multa plectebat et postea graue delictum dicit a consulto in l. omne delictum § contumatia de re militari et uarijs passim penis coercet ut constat ex l. 1 ff et C de requirendis reis quibus adde Duarenum lib. 1 disputationum c. 8 ex l. 1 § ultimo ubi glossa Alexander et Jasso ff si quis Jus dicenti non obtemperauerit et ex tex. notabili in l. si is cum quo 20 ff comuni diuidundo ubi absentes rei qui ad quod dicitur non respoderit uitam dirui et arguisse jubendo impune posse Ponponius ostendit cuius responsum uarie emendant et interpretant Duarenus lib. 1 disputationum c. 9 Budeus in notis posterioribus ad pandectas sub l. qui cum uno § grauius de re militari Ricuardus lib. 1 uariorum cap. 7 Cuiacius lib. 1. obseruationum

nationũ c 7 et Lib. 13 c 29 quarius Robertus Lib. 3 se
turarũ c 4

Et sane merito etiã seuera aduersus cõtumaces procedit nã qui Judiciũ fugit quodamodo crimen fateri si uel de Justitia litigu aduersaeũ moueat dys perare premittit etenim ut recte ait Seneca epistola 97 bonã cõscientia prodire uult et conspici ipsas nequitias tenebras timet et epistola 122 grauis male cõscientia lux ĩ neque ẽ ferendus reus qui arroganti et subdola mora procrastinat et Judicio aliã subire recusat cũ Quintiliano teste declamatione 319 naturalis sit improbitatis hominibus dilationis et extrahendi Judicij inpedictos quo fit ut nõ male dixisse uideat Ermogenianus in d. l. contumacia eũ qui Eremodiciũ facit id ẽ ut declarat preter alios Alex. ab Alex. lib 4 genealiũ c 15 Lite con testatam deserit et nocatus comparere per cõtumaciã recusat litis damno cõercere hoc ẽ causã amitere et ad uersario cõdemnari debere ut explicare uidet tx in l certum 6 §o si quis ff de confessis ibi nec solet quis absenti condemnari

Sed urget in contrariũ Vlpiani sententia in d. l. et post edictum ubi nõ semper 2us preesse pronũciadũ esse sed interdũ etiã absente si bonam causam habuerit uincere aperte testat cui et Justinianus cõsentit in l proferandum §o cũ aute C de Judicijs sibi litigatores absentia Dei presentia repleat in quorũ Jurium dificultate de soluenda multa molit Accursius et inter scriptos utrobique et Bernardus Valterus lib. 1 miscelanearũ c 28 quor ego sententijs relictis probo priorem Accursij interpretationẽ

ut

ut in d. l. cōtumatiā quod cōsultus ait cōtumacem litis dam-
no coerceri nō eo pertineat ut in principali causa damnet
sed tantū ad expensas et sūtus litis referat qui nūquam
absenti etiam victori vel ex justa causa litiganti resti-
tuit ut constat ex d. §. cū autē in fine et ex glosa et doc-
toribus in l. cū quē temere de judicijs cū late cōgestis
a Menoquio lib. 1 de arbitrarijs questione 36 et lib. 2
casu 154 Minsingerō observationum centuria 4 observa-
tione 67 Andreas gail practicarū observationū lib. 1
observationē 151 cum sequenti

Vel sic respondendū jurisco Ermogenianū
litis damno cōtumacem coerceri eo sensu dixisse ut signi-
ficaret apellandi a sententia semel lata facultatē nō dari
ut constat ex d. l. et post ēdictū in fine l. 1 C quorū apel-
lationes d. l. properandum §. cū autē l. 1 §. fin. junct.
glosa ibi ff quando apellandū sit et ex tx obtimo in l. ex
consensu 23 §. cū qui ff de apelationibus et trad. et in
terminis Cuiacius in recitationibus postumis ad d. l. et
post ēdictū et ad l. 12 de apellationibus et ad Papini-
anū lib. 19 responsorū in d. l. cū qui

Neque mirū si verus cōtumax apellandi licentiā pri-
vet nā cū apellatio in eō sit inventa ut judicantiū
imperitia vel iniquitas corrigat l. 1 de apellationibus
de re nō de judice queri cōtumax debet qui cū posset ad
tribunā accedere et ibi suas defentiones vel per se vel per
procuratorem producere et ēdicti denuntiationem rūpere
id nō fuit ut eleganter notavit Papinianus in d. §. cū
qui quo in tx ēdicti denuntiationem rumpere eodem
sensu dicit quo aput Ulpianū ēdictū sensū decere

in d. l.

in d. l. et post de cuius verbi significatione ultra eos qui de verbis Juris scripserunt videri potest Quintana Dueñas lib. 1 de Jurisdictione tit. 5 n. 22 et de sequendae tionis praxi Andreas Gail lib. 1 observatione 59 et Mi singerius sexta centuria 5 observatione 87 et sexta centuria 2 observatione 63.

Caput 18 de conciliatione l. 2 ff de in Jus vocando et l. 1 ne quis eum qui in Jus vocatur et similium cum l. satis 19 et l. sed et si 21 de in Jus vocando

Pertinet etiam ad Summi Juris dictionis et Judiciorum tractatum quo pacto rei in Jus vocati debeant cognoscere cum Justiniano teste in § fin de poenis temere litigantium Judiciorum omnium ab ea parte edicti ducat exordium qua edixit de in Jus vocando cum quae in Jus vocare nihil aliud sit quam Juris experiundi causa in Judicium vocare l. 1 de in Jus vocando l. 1 tit. 3 p. 3 fiebat autem in Jus vocatio non verbo tantum aut dici in quam quis ad Judicium venire deberet denunciatione ut vulgo omnes com... unde et interpretes opinantur sed manus etiam in adversarium qui vocatus statim sequi noluisset injectione erat enim lege decem viralium sancitum in Jus vocati ut irent ut constat ex Cicerone lib. 3 de legibus et a ... Lio lib. 20 noxiarum abicarum cuius legis autoritate etiam reluctantem trahere et si opus esset in Jus obtorto collo rapere potere poterat dum modo prius antestatus esset actor id est unius ex illis civibus qui praesentes essent auriculam attigisset esse non in Juria adversario facere sed Juris sui prosequendi gratia manus in eum injicere protestaret ut constat ex Festo Pompeio verbo antis

antestari ex Plauto in Curculione ibi ne facias testis
neque quidem tibi debeo quidquam et ibi Voc. prius pauli
in diem natu adque intestari me arripis et eleganter
ex Oratio lib. 1 sermonu satira 9 ibi

Casus venit obvius illi
adversarius et quo turpissime magna
exclamant voce et licet antestari ego v°.
opono auriculam rapit in jus clamat utrinque

et ex mille alijs bonoru autoru testimonijs quas in hac
rem congerit Duarenus lib. 1. disputationu c. 1. Go
beanus lib. 1 variorum c. fin. Petrus Marinus lib. 10
miscellanearu c. 1 Ludovicus Marinus lib. 2 actionu
c 45 cu sequentibus Cuiacius lib. 7 observationum
c. 15 et 16 et lib 10 c. 10 Revardus ad ll. 12 tabularu
c. 5. et in l. 16 de regulis juris Brisonius de formul.
lib. 5 p° 410 et novissime Quintana Duenas lib 1
de juris dictione tt° 4 qui eandem observationem manifeste
comprobat ex d. l. 2 de in jus vocando quam variæ emen
dant et interpretent Corrasius 1° miscellanearu c. 11 Ren.
Revardus lib. 1. variorum cap. 6 et lib. 2 c. 15 Alexan
der 3° genialium c 7 Cuiacius lib. 13 observationu
c. 29 Parladorius 2° quotidianaru c. 19 n° 5 Justus Lip
sius lib. 1 de militia Romana dialogo 5 ubi proba
ne quis in jus vocari ab ulpiano non posset dicunt procul
dubio non exciperent nisi in jus vocatus manu et in
vitus duceret neque pretor proponeret tt° ne quis eu
qui in jus vocatus est vi eximat et similis neque dic
eret Valerius Maximus lib. 2 tt° de institutis antiquis
mulieris in jus vocate corpus tangere licitum non
fuisse

fuisse facit preterea tx in l 9 ff ad l Juliã de vi priua
ta et in l si vero § s(e)c(un)do 1 qui satis dare cogant(ur) et tx in
l qui neque aliqui incipit solutu(m) 48 de verborum sign(ificatione)
qui sumptu(m) e(st) ex Caio Lib. 1 ad edictu(m) pretoris urbani
ubi qui neque sequant(ur) neque ducant(ur) et melior tx
quib(us) me etiã nouam accipit Lucẽ in l si quis 23 ff
de iniurijs in l nemo 109 de regulis juris in l plerique
18 de in jus uocando ubi quod nemo de domo sua
unicuique tutissimum refugiu(m) e(st) inuitus extrahi de
beat infer co(n)sultus qui inde aliquem in jus uocaue
rit eum inferri uideri quod de sola citatione uer
bali dici non potuisset

Veru(m) ijs omnibus aduersari uidetur tx in d l si edet in
et in d l si tatis ubi cu(m) qui domi e(st) si id se aditum uel
conspectum prestet quamuis extrahi de domo sua no(n)
debeat recte tame(n) in jus uocari Paulus afirmat et
tx in d l 5 ff de judicijs ubi cu(m) qui ex aliena juris
risdictione in jus uocat(ur) uenire debere saltem primi
legati sua alegaturu(m) Vlpianus scribit quasi qui in
jus ab le dicerent si in jus uocare esset aduersariu(m) manu
etiã inuitu(m) ad tribunam aducere

Quo arguto et alijs leuioribus moti Joanes Robertus
Lib. 3 sententiaru(m) c 1 et Joanes Baudius Lib. 2 questionu(m)
c 26 in jus uocare uerbalem solu(m) citatione(m) no(n) autem
uiolentiã ductione(m) significare aduersus ceteros contra
res contendunt sed cu(m) juribus et autoritatib(us) pro contra
riã opinione aductis no(n) satisfaciant ego ab ea recede
dum no(n) puto neque obstat d l ex § nam ex eo quod dicat
in jus uocatum uenire debere non sequit(ur) quin si ipse

sequi

